471.

N. Inv. 471.

Aa a. I 8,

I

nullo ni cuj est pro informatione et
declaratione supradictorum

Iste liber est magistri Nicolai Epizmini cantoris Auracenses

II

Pro Libraria [illegible] legatus

A a a. I. 8.

Viginti partes matheus seruat et octo
Bis tria bis quinque quatt capitula marcus
Bis duo bis dena lucas capitula coplet
Viginti partes iohannes et unam

Johannes eps servus servorum dei Dilecto filio .. Custodi eccle beate Marie Lanciciensis Gneznen dioc Salt
quibus ad id propria uirtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes itaque dilectum filium Stephanum Michaelis d
uirtutum meritis multipliciter comendatum horum intuitu fauore prosequi gratioso discretioni tue per aplica scripta man
bene cantare ac congrue loqui latinis uerbis et alias ydoneum ad curatum beneficium obtinendum esse repperens uel etia si
qd infra Anni a tempore examinationis huiusmodi computandum bene cantare addiscet cum cura uel sine cura et si
dummodo ipm alias post examinatione eandem ad obtinendum beneficium sine cura ydoneum esse repperens super quibus tue
uentus si cum cura Vigintiquinque si uero sine cura fuerit Decem et Octo marcharum argenti secundum taxatione deci
nem Venerabilis fratris nri .. Archiepi Gneznen et dilectorum filiorum .. Prepositi .. Decani .. Scolastici .. Custodis .. Can
sum pertinens dummodo Canonicatus et prebenda eccle Cathedralis non existat siquod uacat ad presens uel cum uaca
mensis spatium postquam sibi uel eidem procuratori uacatio illius innotuerit duxerit acceptandum conferendum eidem Ste
auctoritate nra reserues districtius inhibendo eisdem Archiepo Preposito Decano Scolastico Custodi Cantori Ca
nisi postquam eis constiterit qd Stephanus uel procurator predicti illud noluerint acceptare disponere quoquo modo
cum uacauerit eidem Stephano post acceptatione predicta cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis auctorita
uel procuratore suum eius nomine in corporalem possessione beneficii iuriumque et pertinentiarum predictorum et defenden
bus uniuersis integre responderi Contradictores auctoritate nra appellatione postposita compescendo. Non obstan
in illis partibus speciales uel generales dicte sedis uel legatorum eius litteras impetrarint etia si per eas ad inhibitione
tate nra huiusmodi beneficia expectantibus eundem Stephanum in ipius beneficii assecutione uolumus anteferri sed nu
posito Decano Scolastico Custodi Cantori Capitulo Canonicis et personis prefatis uel quibusuis aliis comuniter
et ad id compelli aut qd interdici suspendi uel excomunicari non possint quodque de huiusmodi uel aliis beneficiis ecclias ti

Angelus
Anima
Abyssus
Abies
Abortivus
Accipiter
Acetum
Acies
Acervus
Accubitus
Acus
Adolescentulus
Adeps
Adamas
Afer
Ager
Agricola
Agnus
Agna
Agitare
Alec
Altus
Alienus
Altitudo
Albugo
Aloe
Altilia
Amicus
Amita
Amphora
Amigdalus
Ampulus
Annus

Anxilla
Anagaspa
Anitra
Antemurale
Animalia
Angulus
Apes
Aper
Apiculo
Aranea
Arcturus
Arista
Arcus
Argentum
Aries
Armilla
Arena
Arma
Aratra
Aula
Armatus
Artifex
Aruina
Arcus
Area
Arbor
Aromata
Arcole
Arancia
Armentum
Arva
Aratrum
Astra
Assensus
Assensor
Asinus
Aspis
Atrium
Aurora
Auster
Aurum
Aurus
Auris
Auriga
Avis

dies
Dies
Zinus
Bel
Biamz
Bicato
Lactacos
tactos
Cacdt
Ho ad
Diuf
Sygnutu
Dhetdoz
Duitain
Dipatig
Ducta r
meatu
erat an
tiquus
Ytezad
hiat
e q dezup
Dulaco
Duocaty
Afectos naloes
st q tuor
Actag hof
podes diu
Afugt ho
Aloglassa
lla vox
angeli dr
amen
Anatoma
anti xc
Anexetas
Aparuit x
pit dcgmanni
Apostoli
Apotoca
Arbitrum
Archiuzcute
Ardue
Arcuna
Aptit st dcs ad xc
Area
Apostola
Alegoria
Analogia

C Angelus quandoque dicitur filius
dei ysay. ix. dicitur Ma-
gni consilii angelus
et c. vel patris sed
secundum lxx interpretationem
A in exameron. Iob. x. An-
gelus descendebat in
piscinam et movebatur
aqua et sanabatur unus quia ve-
niente Christo ad passionem videlicet
pariendam eiusdem passio / per
fidem passionis eius sanatur unitas
fidelium / vel descendente in fontem bap-
tismi spiritu sancto sanctificante unus fide-
lis pro plus abluitur. Angelus spiritus
bonus ut in psalmo c. iii. Qui facit an-
gelos suos spiritus quia qui per naturam
sunt spiritus cum mittuntur angeli
sunt. Angelus malignus spiritus
ut in psalmo. xxxiiii. Et angelus domini
A persequens eos. Et in Iob. iiii. c.
Et in angelis suis reperit pravitatem.
Angelus Iohannes baptista ut ex
persona patris ad filium propheta ait Ma-
lachie. iii. Ecce ego mitto ange-
lum meum qui preparabit viam tuam
ante faciem tuam. Et ita ibi ponitur
ante faciem domini parare vias eius
C Luce. i. Angelus episcopus ut in
B Apoc. ii. c. Angelo ecclesie scribe ephe-
C so illi inductio verba mea. Ange-
lus quilibet sacerdos ut Malachie. ii.
Et ita angelus domini exercituum est
i. domini nunciat. Angeli fortio-
res ut in Iob. xli. Cum sublevatus fuerit timebunt angeli et territi
purgabuntur. quia cum dyabolus
sanum iudicii turbine rapitur tunc
pro timore perculsi ecclesie superne parte
contremiscerent. et a peccato rubigine

ipso tunc ipse purgabuntur. Angelus
E anima hominis ut de Petro dictum est a puella
nomine Rode. Actus. xii. Angelus
enim est id est non ipse qui tenetur in carcere
sed anima eius egressa de corpore. A-
ngelus creatura inaccessibilis ut
E in actibus apostolorum xii. de Herode Agrip-
pa dicitur / quod videbat supra se ange-
lum dei id est bubonem. Angelus fo-
mes peccati ut in apostolo ii. Cor. xii.
A Datus est mihi angelus sathane qui me
colaphizat. id est fomes peccati qui me humi-
liat. Angeli et omnes sancti domini ignis
per incensionem cordis per caritatem / ut
G Luce. xii. Ignem veni mittere in terram
C per assumptionem viciorum / ut Ysay. vi. c.
volavit unus ad me de Seraphim et
sumpto forcipe de altari tetigit labia
B mea per illuminationem ut Mt. v. Vos
estis lux mundi. Angeli custodes
nostri sunt / quod unicuique homini depu-
tati sunt duo angeli unus ut malus
ad exercitium alter bonus ad custodi-
D am ut Mt. xviii. dicitur. Si oculus tuus
scandalizaverit te. Ieronimus: magna di-
gnitas animarum ut anima quaeque habeat
ab ortu nativitatis sue in custodiam sui
angelum sibi deputatum. Item Mt. xviii.
dicitur / angeli eorum semper vident faci-
em patris mei. Angelos dicit eorum quibus
ad custodiam deputati sunt ita legitur
in sententiis / ministri nostri sunt de sa-
lute nostra pro pleni Solatio apostolo te-
A stante Hebr. i. Nonne omnes sunt administra-
torii spiritus missi propter eos qui here-
ditatem capiunt. Angeli pugnant
D pro nobis sicut in Apoc. c. xii. scribitur
factum est prelium magnum in celo dum
preliaretur Michael archangelus cum
dracone. Et celum ecclesia est in qua
Michael cum dyabolo pugnat quia cum

fomes [illegible]

ut non tantum quantum valeat noceat exhibet
Angeli vincunt pro nobis sicut ii Iob
xii c. legitur Nunc facta est salus et
victoria quia proiectus est accusator
fratrum nostrorum Angeli gaudent pro
nobis Luce xv c. Et ita nunc dico vobis gau
dium erit coram angelis dei super uno peccatore
Angeli flent pro nobis Ysa
ie xxxiii c. Angeli pacis amare flebunt
Nunc angeli pacis amare plorant
cum vident nos vitia continuantes ante
cum Angeli nobis assistunt in morte sicut
certe Angeli nobis assistunt sicut enim legitur in vitis
libro christiani sicut enim legitur in vitis
patrum et ex vita et legenda beati
Martini colligitur et beati Germani
Martini colligitur Cum laborat ho
mo ut infra dicetur Cum laborat ho
mo in extremis assunt ei non tantum boni
angeli sed etiam mali Vidit enim beatus
Martinus demonem astare sibi et dixit
et ait Quid hic astas cruenta cru
enta bestia Et etiam in Thobia vi c.
suppositus ex antecedente legitur Et
dyabolus astitit in cruce Christo morienti
ut videret si aliqua macula peccati esset
in eo Quid ergo de nobis possumus ex
pectare Angeli ergo nobis succurrunt in morte
homines qui insidiantur satane cum sibi ut
Gen iii c. legitur Tu insidiaberis
calcaneo eius ut que in vita non pote
rant superare saltem in morte superent
tantum proponentes quicquid carius in mundo
ut uxorem et liberos et honorem Nunc
inter bonos angelos et malos quasi
litis contestatio celebratur Mali angeli ex parte
fronte allegant corruptiam carnis concupi
scentiam oculorum et superbiam vite iactantiam
luxuriam invidiam et ceteram vicia
que commisit ut volunt ille de quo agitur
peccata ipse sibi magis iniecit quam vero duo
coluit sponte supposuit necem sibi viole

E
C
D

Tam faciente Alibi legitur quod etiam ista
allegabunt angelis Ecce volente luxu
riare ad te ad luxuriam tu prevenisti me
cum solebam volui te decipere per super
biam et tu me superabas superbia Vo
lui te inflammare ad gulam et tu me
iam prevenisti cautelam Volui te fallere
per avariciam et tu eras ipsa avaricia
super Luc c. xix Ubi legitur Videns dominus
civitatem flevit super illam dicens Si co
gnovisses et tu et cetera Venient dies in te
et circumdabunt te vallo inimici tui et
circumdabunt te et coangustabunt te undique
coangustabunt te undique Venient dies
et dicit glosa quando animas excuntes de
corporibus demones inimici circumdabunt
vallo trahentes ad tormentum nec dap
nationis et undique circumdabunt et co
angustabunt quia non solum operibus sed etiam
cogitationibus et locutionibus iniquitates ani
corporis oculos replicabunt Boni angeli pro
parte sua allegant primo loco fi
dem spem et caritatem ceteras que
virtutes et corporis opera et maxime opera
caritatis Nam fides sine bonis operibus
mortua est Tandem producuntur
testes sed mali angeli primo ordinant
conscientiam suam in quo scripserunt
peccata illius de quo agitur Et tamen
et qua et quot peccata scribantur aut deus
per Ieremiam prophetam xvii c. Peccatum
inde scriptum stilo ferreo Item Ysaie
xlvi scribitur Ecce scriptum est coram me
non tacebo Deinde producunt personas
illas in quas ille de quo agitur inim
ias commiserat producuntur et illi
quibus videntibus vel audientibus ne
quoque non scientibus peccavit ille
de quo agitur Boni hic autem inducunt
tunc pauperes Christi quibus iste anima
causa suas elemosinas erogavit et cetera

G
F
B

Producuntur etiam sancti quorum festa deuo-
tissime celebrauit. Cum autem hec
omnia non sufficiant. Tandem producun-
tur in medium gutte sanguinis que de
latere xpi manauerunt. Quibus recte per-
actis tunc facto quod negocio mali mox
abeunt victo conflictu. Boni vero angeli
gaudio ineffabili congratulantes beatam
animam in sinum abrahe deferunt.
Si tamen sit in ea aliquid purgandum
ad ignem purgatorij eam transpor-
tant. Vnde sicut in vitis patrum legitur
varia loca sunt penarum varie quia
differentie secundum merita esse creduntur
cum comparis superior ubi minima peccata
purgantur dicitur ob lecionibus vnde
orat ecclesia deo de ore leonis
libera eas. In inferiori vero propter bus ubi
purgantur actiones dicitur profundi
lacus. Vnde sicut orat ecclesia et de pro-
fundo laci etc. Angelus malus
scilicet lucifer in superiori loco. i. empi-
reo celo creatus est propter insultado lap-
sum eius. Ysaias ait xiiij capitulo. Quomodo
cecidisti lucifer qui mane oriebaris.
Et eius superbiam non tacuit. Et
idem propheta dicit Ascendam in celum
et ponam sedem meam ad aquilonem
et ero similis altissimo. Si in superiori
celo creatus est ad quid celum sic assen-
sum supra proposuit. Et ego intelli-
gendum est ascendam ad celum. i. ad
coniunctionem illius qui me creauit et
ero similis illi in excepcione a iugo
superiori. Sic enim creator maiestati
superiori tenetur obnoxius ita ego
illi conditori nolo teneri ob-
ligatus. Et sic ascendam ad celum et
ponam sedem meam etc. Et eius la-
psus specialiter legitur in Apokalipsi xij. Sic
lucifer traxit partem stellarum contra quod

i. magnam partem angelorum qui in
suam enormitatem ascensio sibi pre-
buerunt. Decem vero angelorum qui
propter nimi excessu corruerunt quidam
sunt in inferos relegati sunt usque
ad hec autem. Nam illa est relegatorum
prolixior Sathanas. Et tam in filios
regni quam in filios diffidencie se-
mendo imperietur fallacias. Alij vero
in hoc caliginoso aere maiorem sibi
potestati sunt et hic ad confusionem eorum
qui pro mundiali flore militant
i. hystorijs et mollicie curiose in-
uigilant. De quo probata ait Paulo
vi. Protinus impij ambulant
etc. Et ad quorum eius incertesabi-
lem coronam ipsam luctam non propter
apostolus dicitur ad Ephesios vi. Non
prelio est nobis colluctacio adversus
carnem et sanguinem sed adversus
principes et potestates etc. Ange-
lorum ordo dicitur multitudo spirituum
celestium sicut in sinus legitur. Quorum
numerus sicut angelorum finitus est sed deo
sed infinitus hominum est. Et ut ait
Ieronimus super Danielem capitulo vij. Ibi
milia milium ministrabat ei qui est
numerus infinitus. Et decem milia
assistebat ei qui est numerus finitus
vel numerus finitus et infinitus dicitur
ad hoc significandum quod numerus angelorum
finitus est deo et nobis infinitus ut
arena maris et capilli capitis nostri
qui omnes numerati sunt deo. An-
gelorum ordines x sunt et nouem
sunt tamen ex quo boni confirmati
sunt. Sed ideo dicit scriptura de
singulis ordinibus aliquos cecidis-
se non quia fuissent in ordinibus
et postea ceciderunt. Sed quia
si restitisset eorum aliqui in sin-
gulis fuissent ordinibus. Et de
hominibus legitur decimus ordo reparandus

Non ex eo quod decimus ordo inde fiat
sed quia de hominibus restaurabitur quod
de angelis lapsum est unde possit stare
decimus ordo. Et inde est quod decimus
exiit a nobis decimus et nos erimus decimus.
Sed Gregorius dicit ibidem in sermone quod non
nisi numerum eorum qui ceciderant sed
eorum qui permanserunt homines ad beati
tudinem admittuntur. Et Augustinus ibidem
dicit: Cum uterque numerus eorum qui cecide
runt restaurandus est de hominibus
utrumque potest stare. Augustinus super
inadvertator dicebat. Dicit duo
erunt ordines in celo laudantium
deum. In primo autem tot angeli
et tot virgines quot angeli cecide
runt. In secundo tot autem de aliis
fidelibus quot in primo angeli et
virgines. Et hos ordines duos significant
duo chori in ecclesia. Duos significant
ordines angelorum scilicet dextera et si
nistra. Dextera significat ordinem an
gelorum et virginum. Sinistra ordi
nem aliorum fidelium. Dextera significat
iudaicum populum, sinistra gentilem.
Nomina novem ordinum angelorum.
Sed primus et infimus ordo sunt angeli
qui minora nuntiant. Secundus ar
changeli qui maiora nuntiant. Ter
tius virtutes per quos signa et
miracula fiunt. Quartus potestates que
virtutes adversas sua potestate refre
nant ne homines tantum temptare
valeant quantum desiderant. Quintus prin
cipatus qui ad exercenda divina
ministeria aliis principantur. Sextus
dominationes qui principatus et pota
tes transcendunt. Septimus throni
qui sedes dei dicuntur eo quod in eis
sedeat deus ut ait Gregorius et
per eos iudicia decernat. Octavus

cherubin qui prae aliis in scientia e
minent. Cherubin enim interpretatur
ardens vel succendens. Licet nomina istis
[illegible] non proprie sunt sed proprie nos dicimus. Sunt
Michael vero Gabriel Raphael non
sunt nomina ordinum sed spirituum.
Et dicuntur non quidam unum proprie
ac singulariter et dignitate. Sed nunc
illis nunc istis, et nomina secundum quod
qualitatem eorum ad que nuntianda vel
gerenda mittuntur. Sicut et demo
num quedam sunt nomina que quidam
putant unius esse propria. Alii vero
pluribus esse communia. Angelus
malus malus dicitur venator propter insi
dias venatorum quibus utitur. Est
enim laqueus. Unde in psalmo cxxxix
dicitur: Paraverunt ut abscon
derent laqueum. Item psalmo cxli dicitur:
Laqueum paraverunt pedibus meis
[illegible] est fontem. Unde in eodem psalmo
dicitur: Paraverunt sagittas suas.
Angelus malus intelligitur per
motum [illegible] primum est album
secundum rubeum. Tertio et ultimo est
apparabile. Angelus malus dicitur
leo propter principatum. Unde Luce xi
et Iohannis xiiii dicitur: Venit princeps
huius mundi et in me non habet
quicquam. Propter fortitudinem unde Luce
xi dicitur: Cum fortis armatus cu
stodit atrium suum in pace sunt
ea que possidet. Propter saevitiam [illegible]
[illegible] I Petri v dicitur: Adversa
rius vester diabolus tamquam leo
rugiens circuit querens quem de
voret. Angelus malus dicitur leo
qui conditur et apte sunt ut in pri
mitiva ecclesia in persecutione manu[illegible]
Draco qui volat [illegible] vel [illegible]
et aliquis draco qui iam cessante
tempore [illegible] et per datam [illegible] ecclesia
dilatata [illegible] [illegible] vel

occulte nocent . Demonibus extirpate
ab augustino et aliis doctoribus ceci
tauit in cauda scorpionis sicut qui du
rabunt usque ad tempus antixpi in
quo erit talis persecucio qualis non
fuit ab inicio mundi . Capitis dicitur
quia seruitute ligat . Cui sicut pu
gnauit michael in apocalipsi . Et sam
son et moyses in egipto . quia
mediator vnus in civitate . Job vi[illegible]
dicitur . pacta mediacij . Accusat
vnde in apocalipsi xii° dicitur . proiectus
est accusator fratrum nostrorum . Et job
i° dicitur satan accusat dominum . Numquid
frustra colit job deum . Accusa pre
mit inocentes vnde i Petri v° ad
uersarius vester dyabolus . Angelus
malus malus dicitur sathan . i . aduersa
rius vnde apocalipsi . Vade retro
sathan . Demon . i . sciens hyrrom
te . quia precipit sciencia primus
parentibus . Genesis iii° . Eritis sicut
dii scientes bonum et malum . Dicitur
dyabolus . i . de ordine fluens . Dicitur
leuiatan . i . additamentum primorum
parentum . s . quibus promisit addita
mentum . i . sciam ut dictum est . Dicitur
vehemoth . i . reptens pectore et ventre
quia nos facit reptare ventre et pecto
re . Dicitur vehemot . i . animalis . Et
zabulus . i . fluxa noctis . In Job .
Et omnes ille insperatos . Angelus
malus dicitur anthonomatice peccator
quia peccauit quia peccatorem hominem fecit
quia quottidie peccat . Peccauit in
deum in proximum et in seipsum . In
deum . vnde Ysaie xiiii° . Ascendam
ad aquilonem etc . In proximum vnde
sapiencie ii° . Inuidia dyaboli intrauit in orbem
terrarum . In seipsum vnde Ysaie xiiii° .
Quomodo cecidisti lucifer etc . Ange
li creati sunt in empireo celo et ste

tim in creatione sunt angelica et corporalia na in
mundo tempus . i . dum inicians non ante
tempus . Angelus autem ea sunt collata
differentie subtilitas intelligentie perspi
cacitas liberi arbitrii abilitas
paresque non fuerunt in collatis . Licet in ipsis
perficere non stare potuerunt usque dum da
retur eis gratia cooperans qua proficere
possent . Et quia quidam eorum non ex
peccauerunt peccauerunt . vnde et conui
lauit . nec postea potuit proficere . Licet
peccassent tamen melioribus quam aliis non ponderat
stabili videatur immo etc . Quedam naturalia in
eis manent ut memoria quo ad cogitacionem
sensuum dico non quo ad exponentem in
naturalibus uti sunt sed sic abutitur . Itaque
a deo obedire videantur aliquando ad malos
puniendos secundum operis eccarum . Non tamen
mancipaverit quia gratia non ut deo funct
sed ut malam compleant voluntatem . Licet in
hoc preceptum uel promisso uel nutu dei
compleaturum compleantur . Et licet in hiis que
voluerit agit agat quod valet . Necessario tamen
uel maxime uel que potentia conuertitur . Quia
incomparabilis est voluntas eorum . Timent
autem quod vox qualis modi gubernatur di
uine in angelis . Quia perficiunt ex timore
naturali collatae potentie ut non faciant
nisi quantum naturaliter posse crederet . Vel mira
tur ex illa potestate possibilitate . i . quantum ad
ipsum naturale posse summa et occulta diuine
sunt potentie potiori impedito . Quamquam
aut obstaculo potioris adhibebit dif
ficultatem quam multa dimo per alias
potestates exteriorem consumatores nec ad ef
fectum peruenire posse impediuntur . Vel
iudicio exteriorem operante disponitis
Cum ipsa vis diuina quedam ab inicio suo
possideret et omni creature prodest . Nichil est
voluntatis que cum voluntate sua
sit et ad perficiendam voluntatem suam iungit
Anima dicitur ab ano ab . i . vnum sine ab
anima quia vita vnum et sanguis dicitur quia
sanguinem vite e vita . Anima dicitur quia a
nemens quod dicitur grece ventus . Quamquam sit in
motu et corpora moueat . Vel quod a
enim quod grece ebno dicitur . Quia absolute
vita hominibus que dicitur a cinatis . i . sine
sanguine . Vel dicitur a nemathe . i . superior
sanguis . Anima quamvis una pro diuersis
efficaciis suas diuersa sortitur voca . Dum
enim mouet vehitur dicitur anima . Dum perspicacie
agit spiritualitas . Dum sentit sensus . Dum con
sentit voluntas . Dum recordatur memoria . Dum
receptat species . Dum sapit animus . Dum intelligit
mens . Dum discernit racio . Sicut enim

Sunt autem anime creature / Satagentes sensus
imago ratio intellectus et intelligencia
Sensu quippe corpora / imaginatione
corporum similitudines / ratione spiritum cre-
atum qui non potest esse sine corpore
intellectu spiritum creatum qui potest esse in
corpore vel sine corpore / Intelligencia
spiritum increatum percipimus / Hec est in-
tellectualitas que ut ait plato solius
dei est et admodum paucorum hominum
Anima quoque dicitur totus homo ut in B
Gen. c. vii°. Octo anime salve facte sunt G
in archa noe Et i pe. iii°. Et act. B
vii° Iacob descendit in Egiptum in
animabus lxxvi totidem hominibus Anima
est spiritus hominis qui post diem iudi-
cii glorificabitur cum corpore aut cum cor-
pore mortificabitur in eternum De ista
anima dicitur Job°. c. ii°. Benedicit anima
mea domino Et allegatur illud ps. lxii°.
Adhesit anima mea post te Anima dicitur
sensualitas ut in epistola pauli ad he-
breos iiii° dicitur Sermo dei pertingens
usque ad divisionem anime et spiritus Anima
situs dei quo sensualitas ratione divi-
datur comprehendit Anima dicitur animali-
tas ut in ps°. c. v°. Misit saturi-
tatem in animas eorum i. in animalitate que
corporeis cibis sustentatur Anima
dicitur voluntas divina ut Ysa. i°. dicitur D
Kalendas vestras odivit anima mea i.
festivitates vestras exteriores reprobavit
voluntas mea. Anima dicitur ihesus Christus ut
in propheta Non abiciet vos ultra anima
mea i. non reprobabit vos Christus filius meus
Anima dicitur illa vis dei qua ipse omnia
penetrat ut in Job. xxiii° Anima eius F
quodcumque voluit fecit Anima illa vis
interna in voluntate sua omnipotenciam
habet Anima ponitur pro potestate ut in
ps° lxviii° Operui in ieiunio ani-
mam meam i. non exercui potestatem, iudicando
Anima dicitur mentis intentio ut in Job E
vii° c. Elegit suspendium anima mea

i. a terrenis se elongans elegit anima in-
tentio mea Anima dicitur desiderium G
iustorum ut in Job. xxiii° Quia cate-
lorum civibus implebis anima desiderium
eorum ad effectum domini pervenit Anima D
dicitur vita presens ut Ioh. xii°. Qui odit
animam suam scilicet in hoc mundo propter me
i. vitam presentem vel sensualitatem in
vitam eternam custodit eam Aliter accipi-
tur aliter supra. Idem est quod sequitur Qui
amat animam suam perdat eam Etenim
bonum est unicuique animam suam perdere
ne perdatur Malo enim animam perdere
ut custodiam eam quam custodire ut
perdam Et alibi Anima plus est quam
esca i. maioris precii est vita quam esca
et hec scribitur Math. vi°. Anima dicitur vitam E
memorie ut Job. xii°. In cuius manu E
est anima omnis viventis / Anima in eius
potestate est vita brutorum animalium Anima
dicitur sinagoga ut dicitur Abacuk ii°. D
Peccavit anima tua dicitur i. sinagoga
quam sic animam diligebas Anima dicitur
voluntas carnalis ut in cantico Exo. xv°. B
Dividam spolia et implebitur anima mea
i. invadam animas hominum et voluntas
mea implebitur Anima dicitur rationalis
De qua dicitur in Gen. factus est homo B
in animam viventem Gen. ii°. Causa
Dorthe dicitur habere duas partes
potencionales scilicet superiorem et inferiorem
que superior duas habet partes sapientiam et
scientiam qua contemplatur deum que
non potest velle nisi bonum nisi corrumpatur
per evam i. carnem Et sciam que
rationabiliter de mundanis dispensat Et
inferiorem sensualitatem scilicet que similiter
duas partes habet superiorem de lici-
tis et necessariis ut comedere et bibere In-
feriorem de illicitis ut fornicari et
huiusmodi Et anima iusti in presenti ponitur
ad vitam in futuro in vita scilicet de vita
iustificationis in vita glorificationis / Anima
mali in futuro in morte in presenti de
morte / a morte peccati ad mortem sup-
plicii Anima perturbabatur quoque a ipsis
patris ps. xxvii°. Angebatur a gemitu x̄

B Quandoque ex compassione peccatorum proximi
ut ii. Cor. xi. Quis infirmatur et
ego non infirmor. Quandoque ex propria infir-
A mitate ut Mt. xxvi. Tristis est ani-
ma mea usque ad mortem. Quandoque ex compassione
infirmitatis et adversitatis proximi sicut
C dominus flevit super ierusalem Luce xix.
Aliales sunt quidam sancta et non vita
ut illi qui parati sunt et bene vivunt
ut apostoli in primis. Alii vita et non sancta
ut mali bene erant. qui bene docent
et male vivunt et in dant linguam
suam deo et animam dyabolo. Alii utroque
modo ut illi qui parati sunt et male
vivunt

Abyssus est profunditas aque
impenetrabilis. a quibus
fontes et fluvia procedunt
unde abyssus dicitur ebraice
ab albodon greca apoken
latine vel exterminans dicitur. unde
infernum significat. nichilominus prinders
unde designat profunditatem scripture in
intellectu. Abyssus est novum et vetus
testamentum unde in ps. xlii. Abys-
sus abyssum invocat. quia testamen-
tum vetus in predicatione sanctorum novum
C annunciat. Abyssus collectio apostolorum
ut abakuk iii. Dedit abyssus vo-
cem suam anima ex profunditate cordis
sui emiserunt predicationem suam. Abyssi E
D obscuritas cogitationum impii ut Iob xxviii.
dicitur. Abyssus non est in me. quia
obscuritas impii vite clamat sibi sapien-
ciam non inesse. Abyssus profunditas cordis E
hominis. unde Ieremie vii. secundum aliam litteram dicitur
profundum est cor hominis et inscrutabile E
et quis cognoscit illud. Abyssus eciam
B dei iudicium ut Iob xli. Estimabit a-
byssum quasi senescentem. quia dyabolus
in superbis membris suis eciam dei iudi-
cium quasi debile et instabile esse non per- E
timescit. vel profunditas omnium iudi-
ciorum dei unde ps. xxxv. Iudicia dei
abyssus multa. Abyssus infernus
ut Iob xxxviii. Numquid ingressus es
C profundum maris et in novissimis abyssi F
deambulasti. Christo soli contigit qui
ibi solus inter mortuos liber fuit. De-
ambulare soluti est non vincti per abys-
sos profunda scripture misteria intelli-
guntur ut in ps. xxxii. Ponens in the-
sauris abyssos. id est in secretis sacre scriptu-
re profunda misteria. vel secundum aliam
exposicionem malos homines intelligitur. Per a-
byssos quoque desperati designantur ut
ps. Cxxxiiii. Omnia quecumque voluit
fecit in mari et in omnibus abyssis. Ele-
git contemplativos qui sunt celum
et scandat activos qui sunt in terra. sic
instabiles confirmat qui sunt mare. sic
et in ipsis qui sunt desperatissimi facit
non negligi viam suam qui sunt abyssi.
Per abyssos confusiones malorum opera-
cionis intelliguntur ut Ex. xv. Abyssi
operuit eos. id est confusio omnium malorum
operum suorum oppresserunt eos. ut ps. lx.
dicitur. De abyssis terre iterum reduxisti
me. id est de profunditate viciorum. Abyssus
F dyaboli astucia ut Iob xxxviii. Su-
perficies abyssi constringitur quia dyaboli
astucie species quasi bona et solida ostenditur
ne in profundo latens malicia caveatur.

Abies altitudo
contemplacionis ut Ysa. xli.
dicitur. Ponam in deserto
E abietem. quia in gentilitate
domini contemplacionum po-
suit. Abies potentes seculi significat
ut in Ysa. lx. et c. xiv. Abies et abys-
E sus id est potentes et infirmiores. Per
abietes sancti angeli ut Ezech. xxxi.
E Abietes non adequaverunt summita-
tem eius quia in comparacione aliorum
angelorum ille primus angelus altior fu-
it. Sequitur c. v.

Abortivi sancti sunt ante legem
E ut Iob iii. c. dicitur tamquam
abortivum absconditum. quia sancti
ante legem mundo fuerunt et ex ma-
gna parte absconditi sunt. Abor-
F tivum imperfectio hominis ut Mt. xii.
tamquam abortivum quod extrahitur ex vulva

merito sue quia nimiam acetus a iure que
cia inuestiti presumunt

Accipiter quilibet electus dicitur ut
Iob xxxix. Numquid per sapientiam
tuam plumescit accipiter. Et ma
plumis dicitur dilatare hoc status dignitatis ac-
quirit. Accipiter ab accipiendo dicitur.
Est autem auis contra pullos impia cum
viderit eos posse venari volatu seu
fortitudine non pascit eos sed potius
verberat et a nido precipitat atque a
tenero compellit ad predam ne forte adul-
ti pigrescant. Per accipitres rapa-
ces intelliguntur ut Dan. iiij°. secundum
aliam literam. Et ungues eius sicut
accipitrum. quia qui per superbiam
in mente desipiunt eciam usque ad corrupti-
ones rapacitatis ruunt.

Acetum est dolus ut in ewang. Mar. xv. Impleuit spongiam
aceto. quia repleuit diabolus
Iudam in corde fraude et dolo. Acetum
piger quilibet ut in parabolis Pro. x. Sicut
acetum dentibus amarum est. sic pi-
ger scilicet qui dentes appellant fre-
quenter notet. Acetum vinum commo-
tius ut Pro. xxv. Acetum in nitro et
qui cantant carmen cordi pessimo.
quia qui peruersa mente corripit in-
mutat sicut vitrum. sic vitrum fer-
nescit et ebullit cum mittitur in aceto.
Est autem vitrum lapis ex aquis ge-
lidis solidatus. qui in vitria prouin-
cia oritur. Acetum quod acutum vel
quasi aquatum. vinum enim aqua mixtum
cito in hunc saporem mutatur. Acetum
infidelitatis ut Ps. lxviii°. dicitur.
Et in siti mea potauerunt me aceto.
Ego fidem sitiui eorum et ipsi me
infidelitate potauerunt.

Acies est unitas electorum
ut Cant. vi°. Terribilis ut
castrorum acies ordinata. Quia
electi per concordiam dyabolo terribiles
sunt. Ipsi autem iste due sunt. Exercitus.
Classis. Nodus. cuneus. Ale. Cornua.
agmen. Acies ab acumine gladiorum. Ex-
ercitus pro exercicio belli. Classis a
clamore vociferationis. Nodus pro difficul-
tate quia vix possit resolui. Cuneus
eo quod in vnum vel sit cuneus qui coniungit.
Ale xx equites quod dicuntur. quia
tegunt pedites alarum vice. Cornua
extremitas exercitus. eo quod intorta sit.
Agmen vero dicitur ab augendo.

Aceruus etiam inuenta sunt
virtutibus ut Cant. vij. dicitur.
Venter tuus sicut aceruus tri-
tici. quia tenera cum in ecclesia sanctorum
virtutum incrementa percipiunt. Aceruus
testimonij multitudo sanctorum martirum
ut Gen. xxxi°. dicitur vocauit locum illum
galaat. i. aceruus testimonij. quia in
ecclesia multitudo martirum honoratur.
Aceruus lapidum increpatio ultimi
iudicij ut ij. Re. xviij°. Congregauerunt
super absolon aceruum lapidum mag-
num nimis. quia reprobis dicetur in iu-
dicio. Ite maledicti in ignem eternum.
Aceruus mercurij infidelitas ut
Pro. xxvi°. Sicut qui mittit lapidem in
aceruum mercurij. sic qui tribuit insi-
pienti honorem. Quia qui fatuum
aliquem ad honorem ecclesiasticum pro-
mouet quodammodo culpa infidelitate
committit etc.

Accubitus celestis patria ut Cant.
i°. Cum esset rex in accubitu
suo nardus mea dedit odorem
suum. Quia cum Christus ascendit odor celestis
patet sanctitatis fidelitatis. Ecclesia ma-
nauit. Sequitur E. xj.

Acus punctio doloris ut Mt. xix. Mar.
x. Luce xviij°. Camelum per
foramen acus transire etc. Hic
compunctio doloris in mente por-
tare. Ipse etenim per foramen acus

tulit cum per angustiam passionis victoriosissime de dyabolo triumphauit. Plu
ma sicut lingua idem est quod acus. vnde
in Exo. xxvi. dicitur. Cortina tabernacu
li dicitur facta opere plumario i. opere
acupicto

Adolescentule anime sunt sancte
ut in Cant. i. dicitur. Adole
scentule dilexerunt te quia
deuote anime christum diligunt

Adeps est deuotas [?] ut in
psalmo. cxlvii. Ex adipe frumen
ti satiat te. i. quia celestem illud
cibum scilicet ex deuotione sua percipit. Ad
eps simplex intellectus scripture ut psalmo.
lxxx. Cibauit eos ex adipe frumen
ti. i. simplici intellectu refecit eos.
Adeps spirituale desiderium ut Deut.
xxxii. dicitur. Cum adipe agnorum
et arietum i. omni spirituali desiderio
subditorum et platorum. Adeps ha
bundancia ut in psalmo. lxxii. prodijt
quasi ex adipe iniquitas eorum. i. nimia
per habundanciam peccabat. Adeps
carnalis leticia ut psalmo. xvi. adipem
suum concluserunt. i. carnalem leticiam
suam consummauerunt. Adeps bonitas
interioris voluntatis ut psalmo. lxii. Sicut
adipe et pinguedine repleatur ani
ma. i. interius bona voluntate. Et
exterius bona actione. vel eterna bea
titudo secundum aliquem intellectum. Adeps
caritas vnde leuitici iii. dicitur. Omnis adeps
sacrificij est dei. Adeps superbia vnde
Job. xv. dicitur. Operuit faciem eius crassitudo et
pinguedo a latere eius pendet. Pin
guedo habundanciam facit quod quando
appetitur propter solam voluntatem vnde
Salom. prov. xxx. dicit. Diuitias et
paupertates ne dederis michi. Vnde
propter erogacionem vnde apostolus ad Ephe.
iiii. Magis autem laboret manibus

suis operando quod bonum est vnde habeat
unde tribuat necessitatem pacienti. Et
ad Dani. accernit iniquitatem vnde psalmo. xxx
viii. Thezaurizat et ignorat cui
congregat ea. secundum de ad explecio
nem voluntatis vnde Luce. xii. Destruam
horrea mea

Adamas insolubilis duricia
aperte ut tulisse [?] vii. Zach. vii.
scribitur. peccatum inde scriptum
est stilo ferreo in vngue adaman
tino. Sicut enim adamas aliquis ictus
collisione non scinditur. ita peccatum
nulla contricione qualis prius relaxatur.
Adamas similiter intentis constancia
ut Ezech. iii. vt adamantem et vt
silicem dedi te. Nota quod adamas
hircina sanguine scinditur. quia
nulla animi fortitudo que insultante
carnis luxuria non soluatur

Aer mens angelis sectaris ut in
Job. xxxvi. dicitur. Subito
aer cogitur in nubes. anima
repentino sancti spiritus munere mens
sectaris ad sanctitatem perducitur. Aer
est maioritas plurimum habens
admixtionem varietatis quia cetera ele
menta. Aer ab eo quod feratur dictus
est vel ab eo quod ferat terram qui pertinet
ad terrenam pertinet ad celestem materia
pertinet. Nam superius est vbi ventorum
vel procellarum motus esse non potest ad
celestem. Turbulencior qui ex exala
cionibus humidis crassescit pertinet
ad terrenam qualitas aut ex se species
facit. Nam commotus facit ventos ve
hemencius concitatus ignes et tonitrua
contractus nubila. conspissatus plu
uiam. congelantibus nubibus niuem
turbulencius congelantibus nubibus
densioribus grandinem. distentus
serenitatem. Sequitur capitulum

Ager est mundus ut in evang. mat.
xiii°. Sic est regnum celorum homi
ni qui seminavit bonum semen in r
agro suo i. christus qui sevit predicationem in
mundo. Ager corporis hominis ut in pa ff
rabolis prov. xxiiii°. dicitur. prepara opus
tuum et diligenter exerce agrum tuum
i. sentes iniquitatis evelle / et corpus
tuum ad surgendum retribuendum extolle /
Ager bonum opus ut in ewang. mat. f
xiii°. dicitur. Ager emitur per thezaurum
quia bonum opus exercetur propter celeste
desiderium. Ager septima sacra ut i. Job.
xxiiii. dicitur. Agrum non suum demetunt B
quia septimam sacram que pro nobis est
dedicati prosunt. Ager officium predica
cionis ut in Can. vii°. c. dicitur. veni di ff
lecte in agrum / et et christe
ab acthano patre et etiam a secreto
contemplationis ad officium egreditur pre
dicationis. Ager ipse mentis ut
in Gen. xxiiii°. c. dicitur. Egressus est ad G
meditandum in agro inclinata
iam die / etiam in fine mundi / egressus
est christus de celo / ad docendum in ipso inde
orum. Ager populus gentilis ut in ps.
Cxxxiii. dicitur. Potabunt omnes bestie
agri terra ex fonte septime fluenti
bus bibet simplex populus gentilis.
Ager quilibet status ut in Gen. xlix.
dicitur. Sicut odor agri meum est i. viri
vinitatis viri religiosi status apud me
ad veneracionem pervenit. Ager cura
exterior ut in evang. luce xv°. dicitur f
Erat autem filius eius senior in agro
quia populus iudaicus literali sensu con
tentus exteriora curabat. Ager vita
cuiuslibet negligentis ut in parabolis G
prov. xxiiii°. per agrum pigri hominis
transivi i. vitam cuiuslibet desidiosi inspexi
Et ecce totum repleverant urtice et spi
ne / quia in corde omnis pruriencia

desideria et punctiones viciorum pullu
lant. Ager plenus scilicet ecclesia ut in Gen.
xxvii°. c. dicitur / Ecce odor filii mei sicut D
odor agri pleni / etiam sanctificata est
ecclesia de sanctitate christi / De cuius plenitu
dine nos omnes accepimus. Ager pa
tria celestis ut in parabolis prov. xxxi°. L
dicitur. Consideravit agrum et emit
eum / quia studiose quesivit ecclesia que
sunt gaudia perhennis vite / et pro
eis laborare non cessat. Ager latine
dicitur eo quod in eo aliquid agatur / vel
a greco agros / unde et grece villa po
ragros dicitur / Dictus ager aut se
minatur / quia sationalis est / aut con
situs dicitur / quia arboribus inseritur
aut pascualis quia aptatur pascuis
aut floridus i. ortus apibus con
gruus. Item ager arvinus dicitur
quem paulatim fluvius nigrum reddit
Novalis qui vacat anno intermisso / squa
lidus qui sine cultura est / uliginno
sus qui numquam sine humore est steri
lis et palustris. Agris ista ista con
gruunt. cultura cinis / aracio / inter
missio / incensio stipularum / stercoratio
oratio / runcatio. Cultura dicitur a colen
do. Cinis est incendium per quod ager
inutilem humorem exsudat. Aratio
quia de ere prius terre culturam exerce
bant antequam ferri usum haberent. Est
autem alia sationalis / alia autumpnalis
Intermissio est quia alternis annis vaca
uus ager vires recipit. Stercoratio
est letaminis aspersio. Et est vinum sterco
ratio letamen ex fimo. Et stercoratio
ratio quia sternitur fimus quod fit in
letamen quod leta reddit germina. Ora
cio dicitur obtentatio eo quod operiat se
mina / quod occare aperire est. Runcatio
catio est a terra herbas evellere. Pul
cius dicitur eo quod precisus se capiat
veratrum qui vere actum i. vario

tpe aratum dano qui seminat e iacto
Exiere eo qui sericus tenus faciendo c
Degcs dr a serie q(ua)d(ri)latim ul a secto
ne Sequit(ur)

Agricola est deus p(ate)r ut in
ewang(eli)o Ioh. xv° dr Pater
meus agricola est gl(or)ia ipse
in filios suos surculos electos
singulis p(ro)uidet extollit Agricola e(st)
quilibet rebus terrenis diligens ut in
Genesis iiii° dr Fuit abel pastor o
uium et cain agricola / Terrena e
lectus quilibet simplices mit se cogita
tiones mittit / et rebus infra sua
desideris terrena diligit Per agri
colas principes synagoge intelligunt(ur)
ut in ewang(eli)o Mt xxi° / Mr xii° locauit
eam agricolis / quia antiquitus illum
populum principibus synagoge commisit /
Per agricolas doctores ecclesie intelli
guntur ut in ewang(eli)o Mt xxi° dicit(ur)
uineam suam locabit aliis agricolis i(d est)
ecclesiam suam nouis doctoribus com
mittet

Agnus est xps ut in Exo xii°
c° dicitur Agnus sine ma
cula ymolatur i(d est) xps sine cul
pa moritur Agnus lu
bricus quislibet ut in parabolis Prov.
vii° dr Sequit(ur) eam q(ua)si agnus
lasciuiens / quia libidinosus libidino
sam imitatur et sequitur / Per agnos
ap(osto)li intelliguntur unde d(omin)us ad
eos in ewang(eli)o luc x° ait Ecce ego
mitto uos sicut agnos int(er) lupos i(d est)
mites inter crudeles Per agnos
uiri sancti intelligunt(ur) ut in ysa. xl°
c° dr In brachio suo congregabit
agnos i(d est) in robore suo adunabit
uiros sanctos Per agnos simplices
et innocentes ut in ewang(eli)o Ioh xxi°
dicit(ur) / Pasce agnos meos i(d est) quos ego
pastores redemi sanguine meo in

nocentes iam effectos matri p(re)dicatio
tia Sequitur

Agna vita actiua ut in leuitico
v° c° dicit(ur) / Offerat agnam
de gregibus i(d est) vitam exerceat
actiuam que cum sit pluribus Ag
nus dicitur ab agnoscendo quod est propri
um quia ex sola pietate nos
redemit uel ab agnoscendo Tradunt
enim qui de naturis rerum agunt Et
certaque sunt p(er) eorum multitudo
agnus matrem suam longe positam
solo balatu agnoscere Attendit hoc
in xpo Nonne nimia multitudo cir
cundabat xpm crucifixum / Alii inc
linabant mouentes capita sua et di
cebant / Vah qui destruis templum
dei / Alii flebant super mortem
condempnati Alii percutiebant pectus
sua mirantes super hiis que vide
bant In tanta et multitudine ma
trem suam agnouit / quia eam uirginem
uirgini commendauit Ioh. xix Ag
nus dicit(ur) xps triplici de causa / Prima
agnouit patrem obediens usque ad
mortem sicut ait ap(osto)lus ad philip.
ii° Cristus factus est obediens patri
usque ad mortem / Secunda agnouit
humanum genus redimendo / Tertia co
gnouit matrem suam in cruce et eam
uirgini sc(ilicet) Iohanni commendat Ioh xix°
Agnus dicit(ur) ter in missa cum
dicit(ur) Agnus dei qui agnouisti pa
trem obediendo usque ad mortem / Qui
tollis peccata mundi / per passionem eum
ca tollit a nobis et delevit / et debe
mus miserere nobis Agnus dei qui
agnouisti genus humanum redimendo
qui tollis peccata mundi miserere nobis
Agnus dei qui agnouisti matrem
pendens in cruce / et eam virginem
uirgini commendasti / Qui tollis peccata mundi

Dona nobis pacem / Ideo dicitur ter
in missa ut omnibus corpus Christi formetur in
telligitur / Illud quod est in celo glo
rificatum / Et mysticum quod adhuc in
terra ambulat / Et quod in sepulcris qui
escit usque ad diem iudicii / Bis dicitur
miserere nobis / Tercio variatur quod
sumptum est de veteri lege / Iohelis 2°. D
Ubi omnes clamare ad dominum dicebant
Parce domine parce populo tuo / Tercio va
riabant dicentes Et ne des here
ditatem tuam in opprobrium / Unde hic
ubi dicebat bis parce nobis dicimus
bis miserere Et quod tercio dicebat et
ne hereditatem tuam in opprobrium / Nos
tercio variamus dicentes / Dona nobis
pacem / Solet autem queri unde ecclesia
sticos viros utique debeat dici in pre
dicta auctoritate plorabant etc. plora
bunt inter vestibulum et altare sacer
dotes dicentes parce domine etc. / Dicitur
quod in Iohele 2° c. habetur / plora D
bunt / Et in Esdra / plorabat Nota
quod in quibusdam casibus dicitur agnus
dei ter continue scilicet quando sacerdos
utitur corpore domini / In aliis
dicitur semel ante perceptionem eukari
stie et post perceptionem bis / Priore
hec est racio quod Christus presens est in al
tari petimus ab eo misericordiam et veni
am et pacem / quia peccatores enim redemp
ti sumus / Aliorum hec est racio ut ip
se misereatur nostri et det nobis pa
cem petimus Et licet enim ipse non
presens corporaliter in altari ut creditur
non solum de eo presente sed etiam de ab
sente considerare / Et hec variacio
specialiter fit in missa pro defunctis
in parisiensi ecclesia / Agnus dei etc.
Dona eis indulgentiam / Agnus

dei etc. Dona eis requiem sempiter
nam ut in psalmo c° xxxiii° / Domus
domus Iacob qui timet dominum / Sic
dicitur quisque da michi aliquid / da
in a(liquid) quod vestimentum / da in expensam etc.
Altare est ipsa
dignitas ut in psalmo c° xvii° /
Constituite diem solempnem
in condensis usque ad cornu al
taris id est virtutis frequentate crebro et
pertingetis usque ad eminenciam dignitatis
Altare ipsa humanitas Christi ut in
Exodi c° xx° / Altare de terra facietis mi B
chi id est ubi humanitatem de virgine suscepta
credatis / Altare caro Christi ut Tre
norum ii° dicitur / Repulit dominus alta C
re suum quia carnem Christi crucifigi
permisit / Et apostolus / Altare de quo non
habent potestatem edere qui foris sunt
ad Hebreos xiii° dicitur / Altare eukari C
stiam vocat illud scilicet quod offertur super
altare / Altare lignum crucis ut
in Genesis c° xxii° dicitur / Isaac ponitur D
in altari / quia Christus locatur in cruce
Altare fides ut in psalmo l° / Impo
nent super altare tuum vitulos
id est innocenciam vite fide coniungent
Et alibi passer invenit sibi domum
et turtur nidum ubi reponet pullos
suos psalmo lxxxiii° / Circa super hoc
altare debent offerri bona opera / alias
non sunt gratie meritoria / Altare
vita sanctorum ut in Genesis viii° c. dicitur F
Edificavit Noe altare domino quod Christus
vitam sanctorum operatur primum / Altare celi
secretum vel etiam beatitudo ut in psalmo
xlii° / Introibo ad altare dei id est perve
niam usque ad secretum celi / Et alibi
Tunc imponent super altare tuum vitu
los id est novellos ipsos psalmo l° / Altare
devotio cordis ut in ewangelio mt. E
v° Si offers munus tuum ad altare etc.

i. si effundis orationem tuam per cordis
devotionem. Altare mentis archa-
num ut in ps°. xxv°. Lavabo inter
innocentes manus meas et circunda- F
bo altare tuum domine i. opera mea per
puritatem emendabo et mentis ar-
chanum virtutibus adornabo. Per
altare intelligitur mens hominis. Un-
C in lege Exo. xxvii°. preceptum fuit D
fieri altare quadrangulum et concavum.
Et ideo quadrangulum quia mens
humana quatuor principalibus virtutibus E
muniri debet sc. prudencia forti-
tudine temperancia iusticia. Concavum
quia debet esse vacua ad recipiendum
verbum dei atque ignem devocionis divine
lectionis. Humor enim infusus repel-
B lit. Unde in levitico i°. c°. precipitur
est vesiculam gutturis et plumas
proici que turtur aut columba fuerit
in holocaustum oblata. Vesicula gut-
turis inflationem superbie. Sunt plume
inanes inquisitiones sublimium. In
ergo holocausto proici nec debet stadio
immensitas et inquisitionibus sublimium A
que humana non capit sensus. Non
debes maniter operam ut ita p's al-
tare grande. Cornu altaris D
est eminencia mentis sc. contemplatio
superiorum. Unde constituite diem sol- F
lempnem in condensis i. mentis claritate
et exhilaratione in deum usque ad fre-
quentacionibus virtutum crescendo usque ad
cornu altaris i. usque ad eminenciam
mentis que est altare i. ad contempla- D
cionem ad quam nos ducat deus noster.

Ale sunt misericordia dei
et veritas ut in ps°. xvi°.
dicitur. Sub umbra alarum
tuarum protege me i. sub
gubernacione misericordie et veritatis tue
defende me. Per alas precepta dei
ut in ps°. xxxv°. dicitur. In protectione
alarum tuarum i. in defensione precep-
torum tuorum sperabunt. Per alas cogi-
taciones viri sancti ut in Job xxxix°.
dicitur. Expandit alas suas ad au-
strum i. vir sanctus quilibet electus cogita-
ciones suas aperit per confessionem. Per
alas cogitaciones ypocrite ut in Job
xxxix°. dicitur. Cum tempus fuit alas in
altum erigit quia cum occasio pre-
buerit cogitationes suas in publicum
ypocrita demonstrat. Per alas cupi-
ditates rapacium ut in Zach. v°. dicitur.
Et habebant alas quasi milui terre
cupidi res alienas invadere student.
Per alas virtutes sanctorum ut in
Ezech. Audivi vocem alarum quasi vocem
aquarum multarum quia virtutes spirituales
que prius in paucis erat postmodum
in multis apparuerunt. Per alas
duo testamenta ut in ps°. xxxv°. dicitur.
In tegimine alarum tuarum protege me i. sub
mandatis testamentorum tuorum protegimur.
Per alas arrogantia ut in Ezech.
xvii. dicitur. Aquila grandis magnarum
alarum etc.

Alitus est humanitas Christi ut in
Job xix dicitur. Alitum meum
exhorruit uxor mea i. humani-
tatem meam contempsit synagoga. Ali-
tus loquacio oris ut in Dan. x°. dicitur.
Et alitus meus intercluditur i. non solum
fortitudine in corpore caret sed ab
ipsa loquela in ore obmutescit. A-
litus suggestio diaboli ut in Job xli°.
dicitur. Alitus eius prunas ardere
facit i. cogitaciones reproborum diabolica
suggestio incendit.

Alieni demones ut in ps°.
liii°. dicitur. Alieni insurrexe-
runt adversum me i. demo-
nes pugnaverunt contra me

Alieni dicu(n)tur qui sacrame(n)tis eccl(es)ie
non participat ut iudei et gentiles
vn(de) in ps(alm)o xvij° dr(= dicitur) // filii alieni me(n)
titi sunt qui no(n) habent caritate(m) vn(de)
caritas est fons p(ro)prius / et singularis
bonor(um) cui no(n) co(mmun)icat alienus et ip(s)e F
bi s(er)m(on)e a(ugustinus) vij° et xxv° / Amen dico vo G
bis nescio vos · Aliud q(uo)q(ue) notat
rem q(uo)q(ue) (con)t(r)ariam vn(de) contra male intel
ligentes b(ea)t(us) no(tat) aliud · dicit nos
anathematis e(ss)e vos t(er)tia in sim
bolo vbi nos habemus d(omi)n(u)m ex patre
filio q(ue) p(ro)cedit · ipsi h(abe)nt filio Non eni(m)
concedunt sp(iritu)m s(an)c(tu)m a filio s(e)d a pa
tre tm p(ro)cede(re) Nam in principalib(us)
concilijs scripserunt in fine simboli si
aliud docuit vel aliud p(re)dicauit ana
tema sit Illud idem dicebat ap(osto)l(u)s
G(ala)t(as) i aliud vobis p(re)dicauit q(ua)m ego
anatema sit / aliud · i · (con)t(r)arium

Altitudo sublimitas p(ri)ncipi(ori)u(m)
ut in Ezech(iele) i° c(apitulo) dicit(ur) sta
tura q(uo)q(ue) erat rotis et altitu D
do / quia in sc(ri)ptura sacra a
dicitur altitudo glo(rie) et rectitudo vite
Altitudo principes huius mundi ut in
Abacuc iii° c(apitulo) dicit(ur) / Altitudo manus C
suas leuauit / quia sublimes huius
seculi principes op(er)a sua erigent · Al
titudo p(ro)speritas ut in paulo Ro(manos) viij° G
dicit(ur) Neq(ue) altitudo neq(ue) p(ro)fundum
i · neq(ue) p(ro)sp(er)a neq(ue) adu(er)sa · Altitudo
bona per sapie(n)tia(m) acquisita vn(de) ap(osto)l(u)s
i Cor(inthios) xiiij° / Nolite pueri effici sen D
sibus sed malitia paruuli estote ut innoc(entes)
p(er)fecti s(e)n(s)ib(us) paruulus eni(m) debet esse
h(omo) p(er) supbi(a)m / sed altus p(er) sapie(n)tia(m)
vn(de) ps(alm)o · Exxxi dicit(ur) · D(omi)ne no(n) est ex
altatu(m) cor meu(m)

Albugo cecitas cordis ut in
Thobia xij° c(apitulo) dicit(ur) Cepit E
albugo ex oculis eius egredi / quia i(n)
fine mundi a p(o)p(u)lo iudaico cepit ex
tinguere / longa ab eis q(ue) quia nu(n)c
p(re)mitur infidelitatis cecitas recedet /
Albugo arrogantia mentis ut in F
leuitico xxi° c(apitulo) dicit(ur) Si albuginem
habens habeb(it) in oculo · i · si arrogantia(m)
in a(ni)mo (et)c(etera)

Aloe p(re)uis (con)tinentie ut in Can G
t(icis) iiij° c(apitulo) dicit(ur) / Et aloe cu(m) o(mn)ib(us)
p(ri)mis vngentis · i · (con)tinentia
cu(m) o(mn)ib(us) p(ri)mis v(ir)tutib(us) · Aloe volup
tas carnis ut in p(ro)ueb(iis) p(ro)u(erbiorum) vij° dr(= dicitur) F
Asp(er)si cubile meum aloe · i · impleui
mentem meam dulcedine et carnali
voluptate (et)c(etera)

Altilia p(re)s(bi)t(er)i noui testame(n)ti ut in
Math(eo) xxii° c(apitulo) Tauri mei A
et altilia mea occisa s(unt) · i · vete
ris et noui testamenti p(re)sb(yter)i
refectione(m) sp(irit)ualem parat

Amicus est (christus) ut in Cant(icis) v° B
dicit(ur) / ipse est amicus meus
filie ih(erusa)l(e)m / quia inter ceteras
suam amauit ut moreretur pro ea D
Amicus est quilibet p(ro)ximus ut in
parabolis p(ro)u(erbiorum) vi° · Fili mi si spopo(n)deris A
pro amico tuo · i · p(ro)ximo tuo · Amicus
animus noster ut in Cant(icis) v° C A
Amicus meus venit de via ad me
· i · animus meus redijt ad se · Amicus
dicitur aliquis ille qui solo no(m)i(n)e est amicus G A
vn(de) Salom(on) Eccl(esiastici) xxvij° dr(= dicitur) / Amicus
solo no(m)i(n)e est amicus et in t(em)p(o)re necessitatis
deficiet ei / Et d(omin)us in Mat(heo) xxvi° dicit B
ad iudam Amice ad quid venisti D
Itez in ewang(elio) Mat(hei) xxii° Amice quo(modo) A
huc intrasti no(n) habens vestem nuptiale(m)
Amicus mome(n)taneus qui ad t(em)pus
qui ad t(em)p(u)s credunt et in t(em)p(o)re temptationis B
recedunt · Eccl(esiastici) vi° / Et Luce viij° A
Amicus mense vel rei p(ro)prius / ut di E
citur filius Sirach · Eccl(esiastici) vi° · Ami E
ci p(re)dicatores s(an)c(t)i ut in Iob xl° c(apitulo)

C Separatur cum amici quia peccatores sunt
dyabolo in electis quos ad sedem quietis
G describitur. Amici sunt veri amici domini ut paulo
Neque mors neque vita separabit nos a
caritate xpi. Rom. viii. Sic vero iunc
latur ait paulo. Secundum tamen per hic vere
dicitur quia mors vel vita non separat
hominem a deo sed ipse homo. Homo
enim separat se a deo et subtrahit se a
gratia quia claudit sensus hominis sicut
sic qui claudit oculos subtrahit se a luce
non celum. Nulli enim deus subtrahit
graciam. Amici secretorum revelacione
D unde dominus Joh. xv ait Vos autem di
xi amicos quia omnia que audivi a
patre meo nota feci vobis. Amici
D operibus exhibicione unde Joh. xv. c. dicit
Vos amici mei estis. Amici qui non
relinquunt hominem in necessitate sicut in acti
G bus apostolorum legitur Act. xiii. P
Et amicos sancti angeli ut in Cant. viii.
D dicitur. Que habitas in ortis amici
auscultant quia sancti angeli huiusmodi
animam frequenter audire desiderant

G Amica est ecclesia ut in Cant.
c. i. Ecce tu pulchra es
amica mea, quia sancta ecclesia
spirituali pulchritudine nitet.
Per amicos sancti angeli intelliguntur
L ut in evangelio Luce xv dicitur Convocat
amicos et vicinas, quia in eo angeli
dominum diligunt in quo ab eius volun
tate nunquam recedunt

F Amfora est avaricia ut in Za
charia v. c. dicitur. Hec est am
fora egrediens, quia vix
ullus est qui ab avaricia sit immu
G nis. Amfora modo in contempla
cione ut in i. Re. i. c. Et
adduxit eum secum in vitulis tribus
et modio farine et amfora vini.
Amfora vini unde vitam una loco offer
tur que cum modificacione vanitatis cu
riositatis et voluptatis, et plenitu
dinem in actione, et discrecionem tenemus
in contemplacione.

C Amigdalus primitiva ecclesia ut
in Ecclesiaste c. xii. dicitur. Et
florebit amigdalus et im
pinguabitur locusta. quia
primitiva ecclesia flores emisit et
mox locusta i. gentilitas gracie
adipe impinguata in odorem illo
rum florum accessit. Per amigda
lum et parum locustam huiusmodi me
brorum fit collata ut in primitiva
ecclesia. Item in flore amigdali ca
ni capilli in impinguacione locuste tu
mor pedum in dissipacione capparis
spiritualis fuga ostenditur. Et ne que
runt semen v. ipostme civitatis que an
dixit. Tunc necesse est ut xpistianum
qui in civitate sue domus ardeat
qua illam futuram accipimus de qua
scribitur Credo videre bona domini in terra
viventium. Per virgas amigdalinas
exempla sanctorum patrum, unde in Gen. xxx.
F c. dicitur. Tulit Jacob virgas viri
des et amigdalinas et explana
tas atque ex parte corticis detraxit decor
ticavit et posuit in canalibus ubi
effundebatur aqua ante oves ut
in aspectu earum conciperent. Amigdalina
sunt doctores sanctorum patrum exem
pla in scripturis ponunt quorum in mentibus homi
num subiectorum varietatem produxit bo
norum actionum que virge dicuntur
amigdaline recte partim decorticate quia
virtutes sanctorum patrum in nobis apparent
et ex parte latent. Vel per virgas pos
sunt eciam scripture intelligi in quibus
dum intellectum littere fugimus quasi corti
cem subtrahimus. Sed dum simplicem
intellectum littere sequimur quasi corticem
reservamus.

Anulus sigillum fidei ut i ewan
luce xv dicitur / Date anulum
in manum eius .i. fidem inope
re / Per anulos libri ewan
gelistarum intelligitur ut in exo.
xxvi° c. dr / Per quatuor angulos B
arche erant quatuor anguli. Ecclesia quoque
ptes ecclesie libri quatuor ewangelistarum
decorat / Per anulos forma eterne
beatitudinis ut in exo. ffundes iiij vec
tibus anulos aureos / Exo. xxvi° / F
Eterna pro bonis que nunc exercent
operibus claram perpetuitatem et pre
mia claritate superne felicitatis possi
debunt etc.

Annus est hoc quod ut ysa. lxi°. A
ut predicarem annum placabi
lem domino .i. adductum tempus que
nobis omnium exhibet placitum A
Annus multitudo electorum vel beatorum ut in B
Job iii°. Non computetur in mensibus
anni .i. inter electos qui saluantur appo
sita sunt ad saluacionem assumantur
Per annos eternitas dei ut in ps.
Ci°. In generacione et generacionem anni
tui eterna semper durat eternitas dei
Per annos vita nostra ut in ps. lxxx°.
Anni nostri sicut aranea meditantur .i.
vita nostra manibus et corruptibi
libus studet Annus naturalis incipit
a quacumque hora vel puncto usque ad can
dem horam vel punctum Annus
vsualis a kalendis Januarij le
gittime a prima lunacione Annus
emergens ab aliquo memoriali
facto ut Romani ab urbe condita
computabant annos suos Iudei vero ab
exitu de egipto Cristiani ab incar
nacione domini / Et hic anno dicitur
quod paulus primo post passionem con
uersus est / primo scilicet emergenti sed
secundo vsuali Annus sterilitatis ab
inicio mundi usque ad xpm vt luce xiii°. B

Ecce tres anni sunt ex quo quero fructum
in sterilis Annus demigratum .i. ple
nitudinis a cristo usque in finem se
culi / Unde apostolus ad Galatas iiii. At M
B Ubi venit plenitudo temporis etc. Annus
retribucionis in ysaya / Unde ad venie
rit annus retribucionis Annus
quatuor habet tempora .i. quatuor ewangelistas Et
xii menses .i. xii apostolos ut supra / Spi
F am. vidi annus acceptus domino ex quo
Ancilla est ecclesia
ut in ps. Salinis fac filium
ancille tue Ecce ancilla
dicitur per subieccionem / Unde omnia sub
iecisti sub pedibus eius Ancilla A
dicitur beata virgo per humilitatem
ancilla scilicet per obedienciam Unde luce i°. D
dicitur Ecce ancilla domini / per instru
mentum / Unde luce ii° scribitur Et B
ipsius animam pertransiuit gladius dolorum F
Ancilla dicitur synagoga per seruilem
timorem ut ad Galatas iiii°. Eij G
ce ancillam et filium eius Ancilla
caro corporalis ut in predicta auctoritate
Eice ancillam .i. carnem despice et
carnalem sensum ipsius Ancilla G
dicuntur ecclesie Unde in Job xl. Nunquid illudes
tibi eum ancillis tuis Quia deus
per predicatores suos vocat diabolum
Et in parabolis primo ix°. Misit an A
cillas ut vocarent ad arcem .i. ad
ministerium / quia dominus misit a
postolos ut vocaret ad ecclesiam Et ancille
ancille dicti sunt per carnis fra
gilitatem / et per officium discendi
Per ancillas humiles quicumque ut in F
parabolis primo xxxi°. Et cibaria ancil
lis suis / quia scilicet cum spirituale
refectionem humilibus tribuit Item
per ancillas effeminate mentis
intellectus ut in Job xix. Ancille mee D

sit alienum habuit me / quia effe-
late mittebat videre per fratrem me no-
cognouerit

B Anaglipha varietates sunt bonorum
operum ut in Ex. vi°. Et a-
naglipha valde preminentia / quia
in sancto homine qui est templum dei va-
rietates bonorum actuum aliis in exem-
apparent

S Angustia cordis est stricta ut in
Job xxxvi°. Erit vobis in
angustiis quia viri sancti
non in rebus exterioribus sed in strictiis
cordium pro se requiescunt / Angustum
A cor peccatorum ut in Job xxxvi°. In-
gredietur bestia latibulum suum et in
antro suo morabitur

A Antemurale est prophetie ut Ysa.
xxvi°. Salvator dominus pone-
tur in ea murus et antemu-
rale / quia xpus qui in scriptura per in-
carnationis sue misterium ecclesie mu-
rus fuit eidem ecclesie / ante ipsam
suam incarnacionem in prophetis et
in prophetiis antemurale extitit

Animalia sunt quatuor ewangeliste
ut in Ezech. i°. Similitudo homi-
B nis in animalibus / quia xpo facta
sunt ewangeliste conformari / Anima-
lia sunt sancti in ecclesia ut in ps.
lxvii°. Animalia tua habitabunt
in ea quia iusti in ecclesia ex fide
vivunt Animalia sunt cupidi ut
in Ezech. viii°. dicitur Animalium
A abhominatio depicta erat in pariete / quia
cupiditates cupidorum apud se primatum in mente
iniqui depingunt Animalia sunt
duo latrones qui cum xpo crucifixi sunt
A ut in Abacuk iii°. In medio duorum
animalium cognosceris / quia in medio
duorum latronum xpus suspensus agnitus
est Animalium etiam sunt genera
iumenta / reptilia / bestie / Iumenta

ad opus et usum que iumenta
Reptilia et bestie in exercitum / Re-
ptilium ea sunt quia trahentium ut ver-
mes qui ore se trahunt Serpentia
ut colubri / Repentia pedibus ut
lacerte / et hoc ratione generis serpentis
Bestie quasi vastie / a vastando Animalia
nociva tribus de causis facta sunt
post lapsum primi hominis Nociva
sunt propter hominis punicionem correctionem
instructionem Animalia dicuntur homines tribus
modis

Angulus designat locum humilem
B ut in parab. xxi°. Melius
est sedere in angulo domatis
i. in loco humili in pace quiete
quam in sublimi cum discordia An-
gulus designat quietem ut in ps.
cxvii°. Hic factus est in caput an-
guli quia xpus utrumque populum sibi
iunxit Per angulos quatuor mundi
E ut in Exo. xxvi°. Quatuor tabule
in angulis erigantur post tergum
tabernaculi quia contra dyabolum in mundi
fine temporis adveniente sunt hinc
sancti Enoch et Elias erigentur
Item per angulos simulate mentes
F pravorum sophonias i°. car-
dies domini super angulos excelsos
quia vindicta puniet corda pravorum
qui sibi elacionem excelse et per dup-
licitatem anguli sunt

Apis mundus peccator ut in ysa.
A vii°. c. dx. Sibilabit dominus
api quia mundum per impri-
sacionem suam ad se vocat peccatorem
A Apis humilis ut in ecc. c. xi°.
Modica in volatilibus apis quia
humiles sancti sunt inter superbos mediocres
Per apes doctores ut in ps. cxvii°.
Circumdederunt me sicut apes / quia
in aperto me laudabant et in oculto

nuchi dicebat/ Caverna apes in ore
meo habent / et in posterioribus aculeum
portant

Aper in silva princeps est. Apoc.
ut in psalmo lxxix. Exterminavit
eam aper de silva / quia plebem
in iudaicam captivavit Titus
imperator romanorum.

Aquilo austeritas persecutionis
ut in Cant. iiii°. Surge aqui- B
lo et veni auster. Causa dicitur
dicat non inimicum ecclesia ut mitigetur
austeritas persecutionis. Aquilo po-
pulus gentilis ut Ysa. xliii°. D
Dicam aquiloni da / quia in principio
conversi sunt credentes. Aquilo est electus
aliquis ad fidem conversus ut in Job.
xxxvii°. Ab aquilone aurum veniet C
Aurum et a paulo et ab augustino qui
primus frigidi infidelitate erant
splendor sapientie venit. Aquilo sene-
ctus ut in evangelio Luce xiii°. Ve- F
nient ab aquilone et recumbent / quia
multi in senectute ad requiem tendunt.
Aquilo hostis antiqui suggestio
ut Jere. i°. Expandetur omne malum a E
facie aquilonis quia mentem peccantis
diabolica suggestio urit. Aquilo reprobus
quilibet ut Ysa. xiiii°. Sedebo in late- B
ribus aquilonis id est regnabo in reprobis.
Aquilo diabolus ut Job. xxvi°. Qui C
extendit aquilonem super vacuum quia
illorum mentibus qui gratia vacui sunt diabolum
deus dominari permittit. Aquilo ma-
ligni spiritus ut Jere. Trenorum i°. F
Velociores fuerunt persecutores nostri aqui-
lis celi. Aquilo frigiditas peccatorum
ut ibi Veniunt turbines venientes ab A
aquilone Ezech. i°.

Aqua est spiritus sanctus ut in evangelio F
Joh. vii°. Flumina de ventre
eius fluent aque vive / Causa

de incisione cardantes dona per gratiam
spiritus sancti ut in psalmo i°. Et erit tam-
quam lignum quod plantatum est secus de-
cursus aquarum id est hoc fiet secundum opera-
tionem spiritus sancti. Aqua Christus sive sapientia
dei ut in psalmo lxxx°. Probavi te
ad aquam contradictionis id est in Christo qui a
multis contradicitur. Et in predicta auctoritate
Erit tamquam lignum etc. id est hoc fiet
virtute sapientie dei. Aqua mortalis
Sup. genus vel fons terrena corporis pb. i°
Erit tamquam lignum id est merito felix in
poderum / quia in similitudine carnis peccati
apparuit / Et Joh. in apocalipsi xvii°.
dicit Aque multe populi multi. Aque G
sunt caduce homo sunt populi quia genus
comparatur per reflexum ad originem / Sic
enim aqua fluunt de mari / et refluunt
in mare / sic homo de terra in terram ver-
titur / Ecclesiastici memento quia cinis es / Ipse
fluctuationum peccatis ut Ecc. i°
Generatio preterit et generatio advenit A
Et David de mortuo suo filio dixit
ego pergam eum ipse non revertetur
ad me per mortem / homo enim mille in-
citus a pueritia in adolescentiam et
senectutem. Sic aque de uno loco in
aliud fluunt ut Job xiiii°. Homo F
natus de muliere brevi vivens
tempore per elementa vilitatem / ut in Reg.
xlv°. Ecce genus quasi gutta similis est D
et qui in mollibus reputate sunt per
cordis profunditatem ut in Jere. xvii°. C
Profundum est cor hominis et instabile
et quis cognoscit illud. Aqua sapientia
subtilis ut in Para. Prov. xviii°. Aqua A
profunda sapientia ex ore viri / quia subtilis
subtilis sapientia ex ore iusti. Aqua cogi-
tatus ut in Parabol. Prov. xviii°. Dicit D

Cui dimittit aquam caput est iur
giorum / Anima quibusque aqualitatis lion
ificiat gordiam dissipat Aqua
cupiditatis seculi ut in Canticis viii°. /
Cum in ignem et in aquam misit
ut eum perdat / quia dyabolus eos
quos possidet nunc ardore ardo-
re luxurie gemat nunc sorde
cupiditatis fedat ut perdat Aqua
baptismi ut in psalmo. lxv°. / Spiritus
aqua tribulationis eos / quia baptismo
electorum peccata condonantur. Aqua
arcana loquela prophetarum seu prophetia-
rum ut in psalmo xvii°. dicit Te-
nebrosa aqua in nubibus aeris
id est obscuram sunt loquelam
prophetae. Aqua scilicet predicatio Christi
ut in Ezechiele xxxvi°. / Effun-
dam super vos aquam mundam id est pur-
gabo vos per predicacionem sanctorum be-
nedictis prophetis id est simoniam quam
loquar vobis Aqua compunctio ut
in Re. vii°. / Hauserunt aquam
et fuderunt in conspectu domini / quia
de intimis cordis sui contulerunt
compunctionem et coram domino fleverunt
Aqua seculi prosperitas ut in psalmo
lxv°. / Transivimus per ignem et
aquam id est per prospera et adversa Aqua
adversitas ut in psalmo Non dimergat
me tempestas aque id est non me devin-
cat congeries adversitatis Aqua
humana scientia ut in Ecclesiastico xv°. / Non
credidit quod non quesivit aqua / quia
ut non primus hec cogitando non colli-
mitari potuit / cogitando et non
respirando Aqua et cupiditas
cupiti ut in Canticis Johannis iiii. Omni

bibet ex hac aqua sitiet iterum vitiorum
simuliter ut voluptatibus. Unde Ecclesiastici
xlvi°. Effusus est sicut aqua non
crescas. Tribulationis Unde psalmo
lxv°. / Transivimus per ignem et
aquam Caritatis sive gratie Unde Johannis
vii°. / Qui credit in me flumina de
ventre eius fluent aque vive. Do-
ctrine Unde prophetia v°. / Deriventur fon-
tes tui foras Aqua mundi afflu-
entia ut in Apocalypsi xvi°. / Angelus
effudit fialam suam in flumen illud
magnum Eufraten / et siccavit aquam
eius / quia predicator vocem con-
mundi arguit et eius affluencia
a multis contempta fuit Aqua hy-
storialis intellectus ut in Canticis Johannis
ii°. Aquam ad nuptias in vinum
versa est id est anima in amatore Christi et
cetere sensus litteralis in spiritualem mu-
tatus est Aqua voluptatis car-
nis ut in Canticis Johannis iiii°. Omnis
qui biberit ex hac aqua sitiet
iterum id est anima quo frequentius voluptas
carnis experitur eo magis desiderat
Aqua eterna refectio ut in Apocalypsi
xxii°. Ostendit michi angelus mihi
flumen aque vive id est revelavit
michi et copiam refectionis eterne / Per
aquas sancti angeli ut in psalmo cxlviii°.
Aque que super celos sunt id est an-
geli qui in superioribus vivunt lau-
dent nomen domini. Item per aquas
anime beate ut in psalmo Qui tegis in
aquis superiora eius / quia nos ani-
mos quidam in quibusdam sacrum
scripturam intelligimus / Sed beate anime
que iam deum in celestibus vident
omnia de quibus tractat plene sciunt
Per aquas sancti qui in mundo sunt in

ratia ut in ps° lxiiij°. flumen
dei repletum est aquis. Secunda i. causa
et merito et uno populo dono fructus
augetur. Per aquas lamenta hu
militatis ut in Job ix c. dicit. Si
lotus fuero quasi aquis nivis
i. si perfusus fuero lamentis humilitatis
Per aquas devotos sectorum ut in
Job xxviij°. Aquas appendit in men
sura, quia miro modo devotionis
electorum suorum deus moderatur ut aliquid
non tantum explere valeant in effectu quod
apprehendere possunt in effectum. Per aquas
peccata que deus electis condonat ut
in Gen. c. 1°. Spiritus domini ferebatur
super aquas. Secunda maior est cuius
pietas quam istorum iniquitas. Per
aquas sancte doctores ut in parab.
p° ix°. Aque furtive dulciores
sunt. i. occulte doctrine sancte sibi vi
dentur dulciores. Per aquas per
quetos ut in ps° Cxxxv. fundavit
terram super aquas. i. terram super per
sequtos. Per aquas mortales peccati
ut in ps° lxxvij°. viderunt te aque
deus et timuerunt que intime sunt
te peccati cedendo et timentes pe
nitendo. Per aquas instabiles
cogitationes ut in ps° Cxliij°. libera
me de aquis multis et de instabili
bus cogitationibus. Per aquas
blandimenta temptationum ut in Job xiiij°.
Lapides excavant aque quia for
tes cum non iniquitate vincunt temptationum
blandimenta emolliunt. Per
aquas voluptates corporis ut in
ps° Cxv. Convertit aquas eorum in
sanguinem. Secunda malas impiorum
voluptates deus quoque ad eternitatem
amaritudinis convertit. Per aquas
pene infernales ut in Exo. xv. c.

submersi sunt quasi plumbum in aquis
vehementibus. i. inciderunt ponderosi pec
catores in penis infernalibus.
Per aquas bonorum merites ut Ysay.
xxxij°. Beati qui seminatis super omnes
aquas. Aqua fluxa sunt lacrime
ut Gen. xlix. Effusus es sicut
aqua non crescas. Secunda cum in la
crimas funditur virtutum perfectionibus non
augetur. Aqua mollia sunt corda
iudicorum ut in Job. xxxviij°. In
similitudinem lapidis aque indurantur
i. induratur corda in duritia sicut et pa
gentilium. Aque lubrica plancorum
desideria ut in ps° lxxviij°. Statuit
aquas quasi in utre. i. restrinxit lubrica
desideria in carnali mente. Aqua fri
gidatis actionis ut in Job xxiiij°. Ad
calorem nimium transeunt ab aquis nivi
um. i. a frigore tepide actionis ad in
tendium eterne combustionis

Aquila est Christus ut Deutro. xxxij°.
Aquila provocat ad volandum
pullos suos. Secunda Christus dis
cipulos suos ut de virtute in virtutem
proficiant monere non cessat. Aquila
Johannes ewangelista ut in Ezech. c. 1°. Facies
aquile desuper ipsorum quatuor. Secunda
Secunda postquam de divinitate Christi
loquutus est et more aquile oculos
in sole fixit non solum super ceteros
sunt ewangelistas sed et seipsum excessit.
Aquila angelus ut in parab. p°
xxx°. Viam aquile in celo quia sup
tilitas omnium a viris sanctis difficile
deprehenditur. Aquila autem sancti
ut in Job xxxix°. Elevabitur aquila
et ponet in arduis nidum sibi quia
per contemplationem exaltatur anima et in celis
figit desiderium suum. Aquila sub
limis homo sancte vite ut in Ezech. xvij°.

Aquila grandis longo membrorum ductu plena plumis et varietate venit ad Libanum et tulit medullam cedri. Ezechielis xvii°. Nabuchodonosor potestatem multis partibus repletam varietate mundane glorie obsedit urbem et captivum inde populum abduxit. Per aquilas anime electorum ut in Matheo xxiiii°. Ubicumque fuerit corpus congregabuntur et aquile. quia ubi est dominus corpore ibi anime sanctorum. Per aquilas demones ut in Marci x°. Velociores fuerunt inimici nostri aquilis celi. id est persecutores nostri acrius spiritibus inmundioribus. Aquila dignitas humane conditionis ut in Job ix°. Dies mei pertransierunt sicut aquila volans ad escam. anima dignitas humane nature ad ima capescenda deflectitur inde inimica subsiste pabulum. Aquila subtilis sanctorum scientia et intelligentia ut in Job xxxix°. Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila et ponet in arduis nidum suum. ad preceptum dei aquila elevatur id est sanctorum intelligentia a terrena meditatione suspenditur.

Aquilo. Arcturus est sancta ecclesia ut in Job ix°. Qui facit arcturum etc. anima domus et ecclesiam fundavit et in ea viros sanctos posuit. Arcturus vetus testamentum ut in Job xxxviii°. Numquid arcturum dissipare etc. anima veteris testamenti litteram dominus in spiritualem sensum mutavit. Arcturus perfidus iudeus ut in Job xxxvii°. Ab arcturo procedit frigus. anima ab iudeis perfidis frigus infidelitatis procedit.

Arista regni dominus ut in Job xxiiii°. Sic sublimitates aristarum conterentur. anima regnantes rigiditas superborum ultime extreme fortitudine frangitur que nunc super elatam gratia insolito fastu superbie elevabitur.

Arcus est sancta predicatio ut in psalmo lxxvii°. Intendentes et mittentes arcum conversi sunt in die belli. anima multi in sancta verbum predicatione dum alios emittunt sed in temptatione succubuit. Arcus fortitudo humana ut in psalmo xliii°. Non enim in arcu meo sperabo. id est de robore meo non confidam. Arcus dolus ut in psalmo x°. Peccatores intenderunt arcum suum. anima insidias adversus dominum dolos suos excogitaverunt. Arcus scilicet cravante ut in psalmo xvii°. Posuisti ut arcum ereum brachia mea. id est fortes operationes meas fecisti ereatas insuperabiles. Arcus sacra scriptura ut in psalmo vii°. Arcum suum tetendit etc. quia scripturas sacras nobis dominus exhibuit. Arcus cominatio iudicii ut in psalmo lix°. Ut fugiant a facie arcus. id est ut evadent iudicium extremum. Arcus occulta malitia ut in psalmo lxiii°. Intenderunt arcum rem amaram. id est occultas malitias excogitaverunt. Arcus intentio mala ut in psalmo lxxvii°. Patres eorum qui sunt in arcum pravum. id est predecessores eorum habuerunt intentionem malam. Arcus sunt minae ut in psalmo lvii°. Intendit arcum suum donec infirmentur. id est minatur donec humilientur. Arcus virtus pacis ut in Genesis xlix°. Sedit in forti arcus eius. anima potentia viri sancti robusta est. Item per arcus insidie fraudium ut in psalmo lxxv°. Confregit potentias arcuum. id est destruxit robora insidiarum. Arcus spiritus sanctus ut in Ezechielis i°. Velud arcus cum fuerit in nube in die pluvie. Hic arcus qui ex duplici colore

subiecit. Contra per aquam baptismatis
abluit et igne divini amoris accendit.
Argentum eloquium spirituale ut Ysa. F
i°. Argentum tuum versum est in sco-
riam, id est spiritualis legis eloquium
sordet secundum carnalem observationem. A-
rgentum nitor divine eloquentie ut C
Cant. i°. Murenulas aureas faciemus
tibi vermiculatas argento, id est institu-
tiones divine sapientie per me habebis
eloquentie nitore decoratas pro personarum
diversitate variatas. Argentum mar-
tiris quasi vox in ps. lxv°. Quoniam
nos examinasti sicut examinatur ar-
gentum. Contra sordes que nos inhe-
rent in tribulatione abstulisti. Arge-
ntum significat predicatorem ut in Apoc. C
xix°. Mercatores argenti tamen nemo e-
met amplius. Contra verba impro-
ioculatoria nemo amplius secuta
sit. Argentum vita predicatoris
ut in Job xxviii°. Nec appendetur ar- D
gentum in commutatione eius.
Contra ut ipsi predicatores quantumcumque
sancti sunt Christo nullatenus possunt compa-
rari etc.

Aries est Christus ut in Gen. C
xxii°. Isaac mactari non potuit
sed aries mactatur. Contra ut
crucifigitur sed pro ea caro cuius moritur.
Aries ordo sacerdotalis ut in Exo- F
do xxx°. Et aries non est nisi
rex qui consecratur ei. Contra secundum quod
Christus in ecclesia sacerdotes et ipsi reges
et principes terrenis subduntur. Aries
motus iracundie ut in Levitico v°. C
Obtulit arietem in holocaustum. Contra
vir sanctus omnem motum ire ma-
ctare debet. Per arietes sancti apostoli
ut in ps° lxiiii°. Induti sunt arietes
ovium. Contra apostoli qui fidelibus presunt
secundum spiritum vestiti sunt. Per arietes

prelati qui sunt in ecclesia ut in ps°. xx-
viii°. Afferte domino filii dei afferte domino F
filios arietum, id est vos ipsos quos prelati
vestri in Christo genuerunt. Per
arietes rationales ut in Gen. xxx°. F
Posuit virgas ante oculos arietum, id est
bona exempla ad intuitum rationabilium. C
Per arietes heretici ut in Jac. [illegible] B
i°. Principes tamen velud arietes, id est pre-
lati tamen in magna impietate heretici sunt.
Aries sequitur prelatorum dignita-
tis ut in Job xlii°. Sumite vobis C
vii arietes et ite ad servum meum Job
et offerte holocaustum pro vobis. Arie-
tes offerre est superbiam diutinam
superbie humilitate mactare.

Armilla divina ira ut in Job E
xl°. Armilla perforabis ma-
xillam eius. Contra complicatos
nos ira divina vindicta a potestate
dyaboli nos eruit. Armilla in-
sinuatio ut in Gen. xxxviii°. Cognosce F
cuius est anulus et armilla. Contra
a Christo hec ecclesia et fidem et iusti-
ficationem. Per armillas opera prepos-
torum et opera sacrificatorum. Per armil-
las sacrificatos que pertinent ad secunda(m) actos
legem ut in Gen. Et armillas cen-
do pondo siclorum decem
opera decalogi secundum quod suscepit ecclesia.
Armilla fortitudo divine dicitur
quia maxillam leviathan perforans et
predam quam momorderat de faucibus
eius eripuit.

Arena est calamitas vite huius
ut in Job vi°. Contra arena A
maris hec gravior appareret.
Contra miseria quam patimur instar
arene et gravis que est ponderosa et
multa. Arena homines ut Jere. v°. E
Posui arenam terminum mari. Contra eos
ad timorem superborum domina-
tiones posuit. Arena instabilitas

huius seculi ut ait viii°. Trini cedifi
cabit dominus suam super arenam i. inc
tem suam super huius seculi instabilita
tem fundavit. Arma imitus celeste
E ut Gen. xxii°. Multiplicabo semen
tuum sicut arenam que est in littore ma
ris. Arma celestis sunt omnipotens dei
tale spirituale gerit augmentum ut se tri
tate illorum bonorum sanctorum qui in
scriptura celestis patrie soliditate
sunt inquantum possunt imitantur.
Arma sunt virtutes spirituales
ut in paulo ii° ad Cor. x°. Ar
A ma militie nostre non carna
lia sed potentia deo i. virtutes quan
tum modo nostre non infirme sed potentes
sunt a deo. Arma bona opera ut in
paulo ii° ad Cor. vi°. Per arma iusti
C tie a dextris et a sinistris. i. per
bona opera in prosperis et in adversis.
Arma corpora cum corpore ut in Ezechiel
Ezech. xxxii°. Descenderunt in
R lacum cum armis suis. i. venerunt
in infernum cum corporibus suis. A
rma apte inpugnatos ut in psalmo
xlv°. Et comburet arma. i. inane
stas destruet inpugnatos. Arma
C necessarie dicuntur ut luce xi°. Universa
arma eius aufert. i. omnibus eius
necessitas annichilabit. Arma pre
R sentis vite necessitas ut in Iob xx°.
Fugiet arma ferrea et irruet in
arcum ereum. Arma hic de quibus
nos punit, primo sagittas. i. sacram
scripturam, sermonem secundum diversitatem, unde
dicitur psalmo cxxvi°. Sagitte in ma
nu potentis. Hec enim a deo missi
cte dicuntur sagitte unde in psalmo xxxvii°.
Quoniam sagitte tue infixe sunt michi.
Quare ergo dicuntur sagitte ut contra illud
E ait viii°. Dicitur arbor que non facit fructum

bonum excidetur et in ignem mittetur.
Habet quoque deus, adhuc alias sagittas quibus
hostes vulnerat ut amicos faciat. Prima
est stimulus amisse pecunie. Secunda
est tempus corporalis molestie. Tercia
malorum infernalium memorie. Sa
gitte hec rectorum pura doctrina est unde
psalmo xliv. Ut sagitte in obscuro re
ctos corde. Et verba pura sagitte
dicuntur unde psalmo lxiii°. Sagitte
parvulorum facte sunt plage eorum. Se
cundo lanceas hic deus scilicet amissiones
terrenorum et huiusmodi ut patet in ultramari
nis partibus in grandinibus pluviis fame
et huiusmodi. Tercio loco habet gladium scilicet
eternam dampnationem. Aliquos vero hic gladio
punit temporaliter, quosdam in eterna literaliter.
E De hoc gladio dicitur Deut. xxxii°. In
ebriabo sagittas meas et gladius
meus devorabit carnes. Primo
percutit sagittis ad mandata facienda
et nisi cessemus ipsum irritare scilicet
peccare percutit lanceis et ultimum
ense. Hostes autem dei nos sumus qui
peccando deum offendimus nec cessabit ipse
nec sui nisi nos cessemus. Pugnat
enim contra nos quia nos contra ipsum
ipsum pugnamus peccando. Offert nunc
pacem unde dicitur. Convertimini
ad me et ego convertar ad vos. Si
pacem volumus intercessores pacis
habemus ut beatam virginem et omnes
sanctos. Sed et nos ipsi dicimur arma
per que quibus pugnat deus ut in psalmo
xxxiiii°. Apprehende arma et scutum
i. nosmetipsos scuto dicitur pretio
bone voluntatis etc. Arma christiano
rum maxime prelatorum quibus defen
dere se debent et pugnare virtutes sunt
et bona opera scilicet scutum fidei, galea
spei, lorica caritatis, gladium spiritus

quod est verbum dei / lancea orationibus que
sursum ad deum eriguntur et ad ho-
stem diriguntur. Decimo per sectorem loquere
de ambulatorum arcubus et sagittis per
predicatorem / faretra per continuam et cetera
castrametia et per vigilias et ieiunia
intelliguntur. In hac autem spirituali mili-
cia corpus est equus / equus spiritus / sessor
Armis sensibus autem hiis armis armata
non erat Christi miles non est / quia sine hiis
Christi miles esse non potest. Et quisquis Christi
miles non est / non est civis / hostis est D
sicut ipse testatur Matth. xii° et Luce xi° C
Qui non est mecum contra me est. Stu-
deat ergo istis quisque armari. Stu-
deant omnes cum paulo pharetra ut a
Christo mereantur post victoriam coronari
Et propterea prelati ut signato armato
formas fortitudinis dicitur lancea
[illegible] Arma quibus nos pre-
cipit armari apostolus virtutes sunt. Unde B
apostolus ad Ephesios vi° Induite vos
armaturam dei ut possitis stare firmi
adversus insidias diaboli. Armatura dei
id est virtutibus ut possitis stare firmi adver-
sus insidias diaboli qui ex occulto mo-
litur mala. Et necesse est ut fortes ste-
tis quoniam non est vobis luctatio id est bellum
adversus carnem et sanguinem tantum id est contra
homines et vitia que sunt ex carne
et sanguine. Sed adversus principes
id est demones qui principantur aliis et
potestates id est contra eos qui super alios pot-
estatem aliis presunt. Deinde exponit dicens
sed adversus rectores mundi dicit / quia
regunt dilectores mundi non mundum
et tenebrarum harum / et quia rectores sunt
eorum quos peccati in tenebris sua
operatione retinent et involvunt. Adhuc
spiritualia nequitie scilicet contra spiritualia nequitie
id est contra spirituales et nequam in celestibus id est
scilicet qui pro celesti hereditate tollenda
pugnant. Arma sacerdotum dicuntur vesti-
menta sacra

Archa est corpus Christi ut in Exo.
xxv c. Archa de lignis sethim
compingitur id est corpus Christi ex me- B
bris incorruptibilibus est creatum. Ar-
cha etiam ut in ps. cxxxi. Surge
in requiem tuam tu et archa sanctificationis
tue id est surge a mortuis et surgat et
caro quam dignatus es suscipere. Archa
quibus doctor ecclesie ut in libro Para-
lipomenon xiii° / Percussit dominus C
Ozam eo quod tetigisset archam domini.
Archa qui reprehensores manum arro-
gantes prelatos extendunt tanguntur spiritua-
li morte feriuntur. Archa mens D
sancta ut in Gen. vi° / Fac tibi archam
de lignis levigatis id est fac mentem
tuam a peccati pondere alienam. Archa
est [illegible] vel libatorum. Sic archa
Noe de qua dictum est / Fac tibi archam
de lignis levigatis vel politis vel
bituminatis in qua plenitudine in
qua salvatur omne semen vere. Et ar- hec
cha facta est a Noe in [illegible]
id est a deo patre de lignis levigatis pa-
trum munimentis / De lignis politis
per bonitatem splendorem / De lignis
bituminatis per quam plenitudinem
De lignis certis compaginata est ubi
[illegible] / Posita est in diluvio
id est in nativitate columba in ea recepta
est in baptismate / fenestra aperta
est in latere archa in passione / hosti-
um est [illegible] clausit dominus a foris
in resurrectione. Cenacula et distega fa- 1 [illegible]
cta sunt in ea in ascensione. Columba
emissa est in spiritus sancti emissione scilicet in
die pentecostes. Munda et immunda
animalia in ea recepta sunt per predicationem
apostolorum. Tum quatuor [illegible] et [illegible]
qui in angularem lapidem requiescit / [illegible]
super [illegible] armenie id est mundi [illegible]

consummatore. Erit in archam ut dicitur de
ubi incarnati forma ita misterium
spiritus sancti in columba designatur. Corvus
qui de archa missus est et non est reversus
sunt falsos christianos qui dum a quo ca-
ritatem ad exteriora mittuntur foris
remanent. Columba impossibiles rema-
nere ut in hore. Columba per eos reversa
bonos significat. Columba dum mittitur per mo-
rum mittitur redeunt et afferunt
ramum olive. Columba peregrinit opus
mie. Archa sanctificationis ut in Exo.
xxv. Ad moysen dictum est / facias
michi archam de lignis sethim.
In hac archa recondita erat ur-
na aurea plena manna / tabule
testamenti / virga aaron / liber
deuteronomii reconditus in latere arche. In
urna aurea christi humanitatem. In
manna ipsius divinitatem. In tabulis
utriusque legis [illegible]. In virga aaron
sacerdotalem et regiam potestatem. In libro
deuteronomii legem i. ewangelium intelligimus
in christo consummatorum. Sed et archa christi
est / hec archa ut habetur Josue
vi°. Circa iericho per vii dies
portatur dum christus usque in finem se-
culi tot septem diebus circulantur
in mundo predicatur / huius arche
vectores sunt apostoli omnes sancti predica-
tores de quibus dictum est in omnem
terram exivit sonus eorum. ps. xviii°.
Archa gazophilacii de quo di-
ctum est iiii Re. xii°. Accepit Jo-
iada sacerdos gazophilacium in tem-
plo et posuit in eo archam fecitque
in eo foramen desuper et intra ser-
vabatur pecunia ut sarta tecta tem-
pli reparentur inde. In hac ergo
archa que sic erat in templo significatur
spiritualis thezaurus quem ha-
bemus in christo in quo sunt omnes the-
zauri sapientie quantum ad humanitatem / et

sapientie quantum ad divinitatem / Dominus in christo
secundum apostolum ad Coll. ii°. Quod omnes
thezauri sapientie et scientie reconditi. Archa
sanctificationis est ecclesia ut ps. cxxxi°. Sur-
ge domine in requiem tuam tu et archa
sanctificationis tue.

Aula est cor humanum ut in Exo.
xxviii°. ponas quattuor annulos
super aulam altaris i. quattuor
ewangelistarum libros per intellectum commu-
nes cordi hominis.

Armatus est dyabolus ut Job v°. Ip-
sum capiet armatus quia im-
pium quemlibet in morte ad penam
dyabolus capiet. Armatus superbus est
qui per se conatur excusare ut in li. i Reg.
xvii°. David vestitus armatus incedere
quia humilis quamquam superbe ingrat se ex-
cusare. Per armatos tirani ut in
Job xxxix°. In occursum pergit ar-
matis / quia sanctus predicator tirannorum
superbie resistere non timet.

Artifex deus ut Can. vii°. Que
fabricata sunt manu artificis
i. divina per dei gratiam spiritualia
nobis dona conferuntur.

Arvina pinguedo renum ut in
Job xv°. De lateribus eius ar-
vina dependet. Arvina in cor-
poribus impiorum pinguedo renum
habundat.

Artus sunt infirma corporis mem-
bra ut in Job xvi°. In nichi-
lum redacta sunt omnes artus
mei. i. infirma membra mea dila-
tantur.

Area est ecclesia ut in ewang.
Mat. iii°. Purgabit aream suam
i. mundabit ecclesiam suam. Area
mundus iste ut in libro Judic. vi°. Vel-
lus in area quia ad salutem
humanam virginem mariam dominus
posuit. Area conditalis [illegible] latitudo
ut in li. ii Re. xxiiii°. Constituit David
altare domino in area [illegible] [illegible]
etiam [illegible] [illegible] in latitudine

gentilis [illegible]

Arbor est Christus Canticorum ii°. Sicut malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios. Glosa: Christus inter Christum et sanctos ceteros filios distat, quia homines puri sunt. Arbor crux ut Canticorum viii°. Sub arbore malo suscitavi te, id est per fidem passionis mee a morte revocavi te. Arbor humilis dei sancta ut in ewangelio Luce xix°. Ascendit Zacheus in arborem sicomorum ut videret Jhesum. Glosa: nisi stulta stultam apprehendamus sapientiam contemplari non merebimur. Arbor fides robusta ut in ewangelio Luce xiii°. Crevit granum sinapis et factum est in arborem magnam, quia crevit fides que prius abiecta videbatur per mundum et robur accepit magnum. Arbor mala voluntas ut in ewangelio Matthei vii°. Arbor mala bonos fructus non facit. Glosa: bona enim non est voluntas in mente, quod mali apparent fructus in opere. Arbor voluntas bona ut in ewangelio Luce vi°. Non est arbor mala que fructus bonos facit. Glosa: ex voluntate bona non procedit actio mala. Arbor perfecta quilibet in fide ut in Apocalypsi ix°. Preceptum est illis, id est a deo inimicis, et [illegible] ne lederent fenum, id est rudem aliquem in fide, neque omne viride, id est omne in fide provectum, neque omnem arborem, id est neque ullum in fide perfectum. Arbor humana natura significat ut in ewangelio Luce xiii°. Arborem fici quidam plantatam habuit. Glosa: deus pater per humanam naturam carnem. Arbor reprobus quilibet ut in ewangelio Matthei vii°. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Glosa: impius qui bene vivere non curat a consortio iustorum exciditur et in ardorem gehenne mittetur. Arbor tota sive reproborum massa ut in ewangelio Matthei iii°. Securis ad radicem arboris posita est. Glosa: iustus iudex Christus qui tenet ex manubrio humanitatis et incidit ex ferro divinitatis omnes reprobos consumet. Per arbores homines ut in ewangelio Luce xxi°. Videte ficulneam et omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis quia prope est estas. Glosa: cum ex ruina presenti mundi prope regnum dei. Per arbores heretici ut in epistola Jude i°. Arbores autumpnales. Glosa: salus hereticorum desperatur. Per arbores sacri doctores ut in Job xxx°. Mandebant radices herbarum et arborum cortices. Glosa: arborum cortices mandebant qui mentes suas ex sola superficie librorum nutriunt.

Aromata sunt sancti viri ut Canticorum iiii°. Perfla auster ortum meum et fluent aromata illius, id est persuade o sancte spiritus ecclesiam meam et apparebunt sancti eius. Aromata sunt bona opera sanctorum ut Canticorum iiii°. Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Glosa: suavitas virtutum que sunt in virgine Maria omnia opera bona sanctorum omnium excedit. Aromata sunt munde cogitationes ut in Canticorum v°. Messui mirram meam cum aromatibus meis. Glosa: qui modo carnem mortificat et mentem mundat eternam in futuro vitam metet eternam. Aromata sunt dulcedines oratorum orationum ut in ewangelio Luce xxiiii°. Venerunt diluculo mulieres que paraverant aromata. Glosa: excussis tenebris mentium veniunt devote anime ferentes premeditatas orationes.

Areole sunt doctrine virtutum ut Canticorum v°. Gene eius sicut areole aromatum, id est maturi eius doctrinis et virtutibus insistunt. Areola est quilibet humilis ut Canticorum vi°. Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolas aromatum, id est Christus venit ad ecclesiam suam ut cum humilibus faciat mansionem suam.

Aranea affectata cura ut in Psalmo xxxviii°. Tabescere fecisti sicut araneam animam eius, id est nisi [...]

arance per misisti affligi animam eius
Arancha vanitas vite mee ut in psalmo
lxxxviii. Anni mei sicut aranee meditabuntur. i. anni mei in vanitate pleni sunt
Vincta sint victores.
Nectie ut dicitur abakuc iiio Non
erit armentum in presepibus
i. non erit solacium hominibus Armentum collegium patriarcharum ut deut.
xxxiiio. Primogenitus de armento i. xpus
ex patriarchis natus
Arma sunt subiecti ut abakuc
iiio. Et arma non afferant
terminum. i. subiecti claustrum obedientie non habebunt
Aratrum est virtus iusticie ut
in ewangelio luce ix. Nemo
mittens manum suam ad aratrum
et aspiciens retro aptus est regno dei
i. mittens a virtute iusticie ad peccata que
reliquerat rediens dignus est salvari
Arator est exinde bonum ut iii. reg.
xix. In aratio boum coxit carnes
i. ad minutatem sectorum opera carnalia
mortificabit
Astra sunt sancti angeli ut Job
xxxviii. Cum me laudarent
simul astra matutina i. angeli
quos primo creavit Astra viri sancti
ut ysaye xiiii. Super astra celi ex
altabo solium meum. i. regibus in quibus in speculo in speculo contemplativos
esse per claritatem pure fulgentes
Ascensus elevatio corporis
xpi ad celum ut in psalmo c.
iii. Qui ponis nubem
ascensum i. quia nubes suscepit
eum ab oculis eorum Ascensus afflictio martirum ut in cant. c. iiio. Ascensum purpureum tectum vel martirum pro deo afflictum Ascensus spiritualis vite perfectio ut in ezech.
xl. Et septem gradibus ascensus
eius erat via per gratiam septiformis
spiritus bone quisitatis perfectam acquirimus
Ascensor est demon
ut Job xxxix. Deridet equum
et ascensorem eius i. contempnit
viros sanctos et dominum qui ei preest
Ascensor huius mundi amator gen.
xlix. ut cadat ascensor eius retrorsum i. ut ille qui mundum carnaliter diligit
amat in posterioribus ruat Ascensor dyabolus ut in cant. exo. xv.
Equum et ascensorem deiecit in mare
i. superbos quosque Et eum qui eos perquirit
dyabolum demersit in infernum
Descendit xpus in carnem ut ysaye xix.
Ascendit dominus super nubem levem
i. carnem immunem a peccato scilicet corpus
sancte virginis Et ingredietur egiptum ad
literam id est mundum et movebuntur simulacra egipti Primo ondit incarnationis sue Secundo nativitatis Tercio
Et nota quod sicut in exitu filiorum israel de egipto non fuit domus
in qua procurante deo non iaceret
primogenitum mortuum ut exo. xii.
Quando tempore ubi non corruisset
ydolum Ascendit xpus vir ait iiio
ascendit deus ihesus de aqua in baptismo
Ascendit in predicatione vir ait vo a
scendit ihesus in montem Ascendit
super asinam Johel xii. Et zach.
ix. Noli timere filia syon ecce rex
tuus venit tibi mansuetus sedens
super asinam et pullum filium subiugalis
Ascendit in passione scilicet crucem
ut Joh. xii. Cum exaltatus fuero a
terra omnia traham ad me ipsum Item
sicut exaltavit moyses serpentem in deserto
Ascendit in resurrectione secundum illud
psalmi lxvii. Qui ascendit super occasum
dominus nomen illi Et tercium ait vita
data est mihi omnis potestas in celo et in
terra Ascendit in ascensione

vii ad ephe iiii°. Ascendit xpc in altum B
captiuam duxit captiuitatem. Item
ps. viii° Eleuata est magnificencia
tua super celos. Ascendit in corde hominis
vnde ps. lxiii° Ascendat homo ad cor
altum et exaltabitur deus. Item ex-
altabor in gentibus et exaltabor in
terra ps. xlv°. Ascendit in mundo
vnde ps. xviii° In omnem terram exiuit
sonus eorum. Ascendit in inferno vnde
ps. cxvii° dicitur portas eneas et
vectes ferreos confregit. Ascendet
in die iudicii ysay ii° Exaltabitur C
dominus solus in die illa. Ascendit
bonus in miraculorum operacione vnde Joh.
xiiii° Qui in me credit opera que ego C
facio et ipse faciet per contemplacionem
vnde Gen. xxviii° Vidit Jacob scalam D
etc. de virtute in virtutem vnde ps. lxxxiii°
Ascensiones in corde suo posuit. Item
per celestium inquisicionem vnde ps. ca
lxiii° Ascendat homo ad cor altum. Item
in fitus (?) primus collacione vnde ps. lxxiiii°
Exaltabuntur cornua iusti. Ascendit
malus ut dyabolus per superbiam vnde C
ysay xiiii° Ascendam in celum super ...
altissimo. Item est ascensio elevacionis
vnde ps. xxxvi° Vidi impium super
exaltatum et ps. xx. cxxx° Domine non
est exaltatum cor meum. Item cogitacionis
ut ps. lxiii° Ascendat homo ad cor altum.
Item dilectionis vnde ps. lxxxiii° Ascen-
siones in corde disposuit. Item digni-
tatis vnde luce xiiii° Amice ascende B
superius.

Asinus est populus gentilis ut in
ysaia i° dicitur. Et azinus pre- A
sepe domini sui i. gentilis populus
qui prius immundus fuit spiritualem alimoniam
quesiuit. Azina caro nostra ut in libro
iudicum i° dicitur. Axa sedens super azinam D
accepit a patre irriguum superius et infe-

a

rius inferius. Azina anima fidelis carnem
regens percepit a deo corpus interius exterius
que et amore. Azinus iudeorum stulticia B
ut in Gen. xxii° dicitur. Expectate hic cum
azino postquam orauerimus veniemus ad vos.
Azina veritatis contingit ex parte in isr-
ahel donec plenitudo gencium intrat. Et sic omnis
israhel saluus fiet. Azinus quidam qui in-
firmus describitur ut in Job xxiiii° dicitur A
Azinum pupillorum abegerunt i. quia qui
infirmus per caritatem sumebat deum
abduxerunt. Azinus pigricia stultorum
vt luce xiiii°. Non arabis in boue et B
azino i. strenuo et sapienti in predicacione
fatuum et pigrum non sociabis. Azina
synagoga ut in ewangelio math. xxi°. Inue- A
nietis azinam alligatam i. iudeorum ple-
bem iudaicam peccatorum funibus constrictam.
Per azimos luxuriosi ut in mychea Ezech. C
xxiii° Quorum carnes ut carnes azinorum
i. tam libidinosa est caro eorum ut caro
azinorum. Per azinos petulantibus sen- B
sus ut iudic. v°. Qui ascenditis super
nitentes azinos loquimini. Azina lec-
laudacione digne dominum proferunt qui petula-
tibus sensibus suis viriliter posse noscunt
noscuntur. Per azinas omnes electi aie (?)
ut i Re ix°. Perierant azine patris A
Saulis etc. missus est Saul ad que-
rendas eas. Azina pierat aie homini
et missus est dominus ihesus in hunc mundum
peccatores saluos facere. Per azinas
simplices ut Job i°. Arant autem quingente A
azine. Azina redemptori nostro res simpli-
cium deuocio sunt que continuacionem quia
partitam perfecte seruat. Azinus vita A
immunda ut Exo. xiii° dicitur. Primogenitum C
azini mutabis oue i. immunde vite pri-
mordia in innocencie simplicitatem conuertis. D
Azine laboriosi et simplices vincentes
ut Job i°. Boues arabant et azine
pascebantur iuxta eos. Azina iuxta
boues tunc azine pascuntur cum
simpliciores cum iustis prudentibus eorum

intelligentia sustentantur

Aspis diabolus ut in ps. xc. Super aspidem et basiliscum ambulabis. i. illum decipies qui et occulte decipit et aperte sevit. Aspis reprobus quisque ut in ps. lvii. aspidis surde et obturantis aures suas. Crima reprobi sensum cordis ad vocem predicatoris non inclinat. Aspis occulta scientia diaboli ut ysa. xi. dicit. Super foramen aspidis extendet manum suam. Crima per gratiam suam eos non vincit dominus visitat qui in se occulta scientiam habuerunt. Per aspidem spiritus malignus ut in Job xx. Panis illius vertetur in fel aspidum. quia delectatio impiorum in amaritudinem spirituum malorum commutabitur. Per aspides diaboli suggestiones ut Job xx. Caput aspidum suggeret. Crima vitia diabolicarum suggestionum imprimis sugit. et Per aspidem dolosi ut in ps. xiii. Venenum aspidum sub labiis eorum i. fraus et malitia dolorum sub verbis latebat in corde

Atrium sancta ecclesia ut in ps. xxviii. Adorate dominum in atrio sancto eius. i. sancte ecclesie cum ceteris sancta eius. Atrium mundus Luce xi. Fortis armatus custodit atrium suum. i. diabolus possedit hunc mundum. Atrium amplitudo fidelium ut in Ezech. xl. Et mensus est atrium in longitudine centum cubitorum. Crima fideles in longanimitate spei bonorum operum perfectionem habet. Atrium curiositas secularis ut in evangelio Luce xxii. Petrus in atrio sacerdotum cum ministris stabat ad ignem. Crima domus negociatorum in curiositate secularium demonibus ad carnis desideria manet. Atrium plebs infidelis ut in Apoc. xi. Atrium quod foris est templum eice foras. i. eos qui ad fidem intrare noluerunt a communione fidelium sequestrandos demonstrant. Per atria prophete et apostoli ut ps. xcix. Introite in atria eius. i. prophetis et apostolis eius conformes estote. Per atria precepta caritatis ut in ps. cxxxiii. In atriis domus dei nostri. i. in mandatis caritatis per quod omnia communia sunt. Ubi dicitur domus. Per atria celi secreta ut in ps. lxxxiii. Concupiscit et deficit anima mea in atria domini. i. desiderat spiritus meus pertingere ad celi secreta. Atria domini frequentantur per laudem sive ps. xvii. dicit: laudans invocabo dominum. Item per orationem ut in ps. v. dicit: Introibo in domum tuam domine adorabo ad templum sanctum tuum. Item per penitentiam et receptionem ut ps. cxvii. Constituite diem solempnem in condensis usque ad cornu altaris. Item per instructionem ut eccli. li. Sapiencie appropinquate ad me indocti et congregate vos in domum discipline

Aurora est sancta ecclesia ut in Cant. vi. Que quasi aurora consurgens. Crima de tenebris infidelitatis ad celestia per desiderium sancta ecclesia consurgit. Aurora qui noviter bona opera inchoat ut in ps. lxxiii. Tu fabricatus es auroram et solem. Crima dominus et initium in bono confert operis et perfectionem. Aurora vita iustorum ut in Job xxiiii. Si subito apparuerit aurora quia impius vitam iustorum contempnit. Aurora mentis sancta ut in Job xxxviii. Et ostendisti aurore locum suum quia pre mente celestem patriam que lenis eius est per revelationem domini demonstrat

Auster est spiritus sanctus ut Cant. iiii. Veni auster. i. veni consolator spiritus

Auster spiritus indicatus ut in Ysa. xl- B
iii°. Et austro dicam noli prohibere i.
spiritualem iudeos nec gentes ad credendum
impediant. Auster predicator quibus
ut in ps. lxxvii°. Transtulit austrum
de celo i. de vita sublimi dominus pre-
dicatorem elegit. Auster actus mar- D
tirum ut in Apok. xxi°. Ab austro por-
te tres, quia a martiribus fides trinita-
tis predicatur. Auster devocio sancta
ut in ps. c.xxv°. Convertere domine
captivitatem nostram, sicut torrens in
austro. Anima per sanctam devocionem
mens ab eterno frigore liberatur. Au-
ster sanctitas religiose conversacionis ut A
in Ezech. xl°. Erat quasi edificium civita-
tis vergentis ad austrum. Anima
sancta certo fervori sancte conversa-
cionis insistit. Auster fervens celi
ut Job xix°. Et interiora austri.
Anima domini interna illa patrie celestis
secreta electis suis preparavit.

Aurum ipsa divinitas ut Can. v°. E
Caput eius aurum optimum, quia
divinitas Christi in effectibus suis clari-
tas est. Aurum splendor celestis pa- F
trie ut in Apok. xxi°. Ipsa civitas
aurum mundo, quia illa superna civitas
eterna mundicia splendebit. Aurum
sapiencia primi angeli ut in Ezech. xxviii°. C
Aurum opus doctoris tui, quia magna
sapiencia primus angelus decoratus fuit.
Aurum actus beatorum spirituum ut Job xxviii°. E
Non dabitur aurum obrisum pro ea,
quia Christo nullus sanctorum equari potest. Au-
rum virtus caritatis ut in Apok. i°. E
Et precinctus ad mamillas zona au-
rea i. ligatus interioribus suis vinculo
caritatis. Aurum spiritualis sapiencia
ut in parabolis pro. xxi°. Thezaurus C
desiderabilis i. sapiencia spiritualis requiescit
in ore sapientis. Aurum sapiencia gen-
tilitatis ut in ps. lxxi°. Et dabitur
ei de auro arabie i. fiunt ei sapientes gen-

tilitatis. Aurum sublimitas spiritualis ut D
in Job xxxi°. Si putavi aurum robur
meum, quia iustus in sublimitate
sua spirituali non confidit. Aurum claritas
sanctorum in celestibus ut Job xxviii°. E
Non adequabitur ei aurum, quia nec
sancti qui iam in celo sunt Christo possunt
adequari. Aurum anime fideles
de gentilitate venientes ut Job xxx- G
vii°. Ab aquilone aurum veniet i. a
populo gentili anime devote procedent.
Aurum actus sanctorum martirum ut Job xx- A
viii°. Auro locus est in quo conflatur, quia
non prodest martirium nisi in ecclesia
suscipiatur. Aurum virtus pacientie ut D
in Job xxiii°. Probabit me quasi aurum
terit. Anima a defendendo statu suo in-
dautus populus liberatus sunt in illis in quibus
xpi incarnacionem cognouit. Bos populus
gentilis vt Ysai j°. Cognouit bos pos-
sessorem suum. Anima plebs gentilis
credidit redemptorem suum. Bos fidelis
creatura vt in Ezech. j°. Facies bouis
a sinistris. Anima a sinistris creatura
suum thuas incepit. Bos quilibet fatuus
vt in parabolis Prou. vij°. Sequitur
eam quasi bos ductus ad victimam / quia
mundi huius cupiditatem sequitur stul-
tus ad interitum. Bos patriarche
vt in Leuitico iiij°. Vitulus de bobus
sine macula. i. xpm de patriarchis na-
tum sine culpa. Boues perfecti
quique vt Job j°. Boues arabant
i. perfecti perfecta opera faciebant. Bo-
ues prelati vt in Psalmo xliiij°. Iuuen-
ta in moribus et boues i. subditi in
virtutibus et prelati. Boues magistri
doctores vt iij Reg. vij°. Inter
coronas et plectas boues et leones
et cherubim sculpta sunt / corone
victoria / plecte concordia / cherubim
sciencia / boues mansuetudo doctrine / leo-
nes seueritas discipline. Bos dia-
bolus vt Job xl°. Et Daniel v°.
Fenum quasi bos comedet i. carnalem
vitam praue suggestionis dente cor-
rodet. Boues hastuti vt Ps. C.
xliij°. Boues eorum crassi / quia has-
tuti per molliciem que feminea
nuncupari diuiciis affluunt. Boues
cupiditatis quos possum vt Luc.
xiiij°. Iuga boum
emi quinque. Anima prelatos quinque sen-
suum cupiditate impressit. Boues
elacionis cordis vt Ps. lxv°. Offeram
tibi boues cum hircis i. mortifica-
bo elaciones cordis cum mortificacione
petulantie carnis. Bos antiquus
hostis vt Job xl. Fenum et bos
comedet / quia carnales diabolus
comedit

Bucina est operatio vt in Job
xxxix. Vbi audierit bu-
cinam dicit vach / quia sancti
predicator de peccatore letatur &c.

a Buccina predicatores ut Josue
vi°. Sacerdotes cum buccinis muros circuie-
runt / quia cum predicacione muros peccato-
res mundi circuiunt
a Bruchus est edendi ingluvies
ut in Johele i°. Residuum
locuste comedit bruchus / quia
mentem repletam tunc cito inflat
gula cum deficit superbia
b Butirum est humanitas xpi ut Ysa.
vii°. Butirum et mel comedet
quia xpc in veritate corporis sue (?)
et divinam habuit naturam que prelata
est melli / et humanam que pertinet ad
butirum. Butirum doctrina patriarcha-
rum ut in Cant. Deut. xxxii°. Bu-
tirum de armento et lac de ovibus
i. pinguem doctrinam de patriar-
chis et simplicem de minoribus sanctis
b Butirum vita contemplativa ut in Job
xx°. Non videat rivos fluminis tor-
rentes mellis et butiri. [illegible] in
quo quamvis caritatis opera non exercet (?)
[illegible] nec illa que ad vitam perti-
nent contemplativam nec illa que ad
activam. Butirum virtus caritatis
c ut Judicum v°. Et in fiala principum
obtulit butirum / quia nil validius
nobis ad possessionem mundi principe
habere valemus / quam ut stabilem in
mente nostra caritatem habeamus. Bu-
tirum fecunditas bone actionis ut
f Gen. xviii°. Tulit quoque butirum et
posuit coram eis / quia et boni operis
fecunditate etiam in nobis trinitatem
pascere debemus. Butirum pinguedo
spiritualis dulcedinis ut in Proverb. xxx°.
g Qui fortiter premit ubera ad eli-
ciendum lac et premit butirum. Ita qui
stringit corpus suum et animam coercent
ad dulcedinem caritatis / ad pingue-
dinem quoque spiritualis dulcedinis pertingit

Butirum unctio pietatis ut in Job
xxix°. Lavabam pedes meos butiro
quia deus cuius figuram Job tenet
electorum suorum affectus pro pace pin-
guedinis lavit
Buxus est viduitas fidei ut Ysa.
xli°. Ponam in deserto abietem
et buxum / i. in ecclesia gentium
contemplativos / et eos qui veritatem
fidei habent
Baptismus est figure ut omnes
patres nostri baptizati sunt in
nube et mari. i. Cor. x°.
Baptismus est mentis ut Joh. i°.
Super quem videris spiritum descendentem et
manentem super eum / hic est qui ba-
ptizat. Baptismus est aque ut
Mat. xxviii°. Ite docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.
Baptismus est martirii ut Luc. xii°.
Baptisma habeo baptizari et coar-
tor donec perficiatur. Item nota quod in
baptismo dimittuntur originalia peccata
et actualia. Unde baptizatis adultis
non debet iniungi satisfactio / quia innocentes
sunt / quod vestis candida signat. Item
nota quod in baptizato sunt tria / aqua scilicet
purum elementum / verbum scilicet invocatio
trinitatis et remissio peccatorum. Et hec
est quod super capitulum legitur. Ministe-
rium baptismi dedit Christus discipulis suis
potestatem vero sibi habere retinuit quam
si vellet potuit servis suis dare.
Hanc potestatem exponunt quidam de
aqua / quia in aqua tantum baptizet. Alii
vero de invocatione ut non dicantur a
Petro et Symone. Alii de petitione
et Symone. Alii de remissione peccatorum. e
Item nota quod in Adam fuit inobediencia, actus
et superbia. Contra hec in baptismo
abrenunciatio Sathane contra inobedienciam
et omnibus operibus eius contra actus
et omnibus pompis eius contra superbiam.
Locus (?) [illegible] dicit non plures ad suscipiendum

de baptismo accedat quam vult sine mora consummatione quod diu optimum fiat.

Beatitudo eterna

Dicitur quoque magna ut Luce xxiiii°. Ut edatis et bibatis super mensam meam. Longa lata ut Luce xi°. Iam ego et pueri mei sunt in cubili non possum surgere. Longa domus unde psalmo xxv°. Domine dilexi decorem domus tue. Alta non quia beatitudo tua lud vult psalmo cxlviii°. Altum dixerunt plenum tamen leta sunt. Et spiritualium vult psalmo lxxxiiii°. Beatus populus qui scit iubilacionem. Est et eterna vult psalmo lxxxiii°. Beati qui habitant in domo tua domine. Est et incorruptibilis vult et angeli dicuntur civitati beate vel incorruptibiles.

Beatitudo eterna multum est et plena et copiosa est. Eterna nam oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit etc. i Cor. ii°. Ad hanc nos invitat salvator multiplicibus in evangelio Mt. v°. Ad primam nos invitat dicens Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Hanc nos confert humilitas. Pauper est spiritu qui non movetur iniuriis. Ad secundam. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Ad hanc nos producit virtus divina et compassio proximi. Mansuetus sive mitis est qui non movetur contumeliis verborum in facie obiectis. Et maioris perfectionis est contumeliarum iniuriarum pacientia. Unde maius premium promittitur mitibus quam pauperibus. Eterna pauperibus regnum habere mitibus possidere. Maius est regnum possidere quam semper habere. Multa enim habemus que non possidemus. Vere leves et mites sunt ut patientes qui neminem ledunt et improbis cedunt. Sunt quidam qui ita volunt esse mites ut ne timeant de aliena vita neminem de bono ammoneant vel neminem de malo corrigant. Sed talis lenitas non est multum laudanda. Quia tales debent esse mites ut neminem ledant mala illata pacienter sustineant. Et bonis ad meliora exhortacionem exhibeant. Et malis de malo correctionem. De salvatore dicitur psalmo lxxxv. Quoniam tu domine suavis es et mitis. Et illud Hebre. x°. Horrendum est incidere in manus dei viventis. Quod et si videtur non est contrarium quia suavis est amicis suis et mitis ad convertendum et hec pertinet ad iusticiam. Eterna domus in die iudicii manifestabit. Eterna cum modo sopulentus videatur tunc iniquus et terribilis apparebit. Ad tertiam ait v°. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Ad hanc nos inducit timor siquidem quod permanet misterium sceleris. Et maior merces promittitur lugentibus quam pauperibus et mitibus. Eterna pauperibus promittitur regnum habere quod est magnum. Mitibus regnum possidere quod est maius. Lugentibus consolatio quod est maximum. Consolatio vel gaudium in regno possesso. Eterna maius est in regno possesso gaudere quam semper vel possidere. Ad quartam ait v°. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Ad hanc nos inducit vehemens desiderium patrie celestis. Iusticia hominum in hac vita est elemosina ieiunium oratio. Sicut legitur super epistolam ad Ephe. Ad quintam ait v°. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ad hanc inducit nos pietas qua movemur erga proximum. Et super ait Iudicium fiet ei sine misericordia qui non facit misericordiam. Ad sextam ait v°. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Ad hanc inducit nos custodia. Mundamur per baptismum penitentiam et elemosinam. Ysaie i°. De primo dicitur lavamini et mundi estote. De secundo psalmo l. Cor mundum crea in me deus. De tertio Luce xi°. Date elemosinam

et omnia nuda sunt vobis. Item Luce xi
iio. Abscondite elemosinam in sinum
pauperis et ipsa orabit pro vobis ad do
minum, quia sicut aqua extinguit igne
ita elemosina peccatum. Ad septimam Mat.
v. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur.
Valet plurimum valet pacientia. Unde beata
vidua est quia non pacientia firmat. Ve hiis
qui perdunt pacientiam et pacientie coronam. Ubi
enim est iustus qui patitur. Item In Cano
nica Jacobi v. Estote pacientes estote in
usque ad adventum xpi. Pacifici sunt qui cum eos
mala inferuntur mala minime reddunt
et qui non solum pacem in se custodiunt
sed alios discordantes ad unitatem pacis
reducunt. Isti tales dicuntur vere filii dei imi
tatores. Ad octavam nos sic invitat Mat.
v. Beati qui persecucionem paciuntur propter
iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum.
Accedit ad copiandum que nobis maxime
est necessaria quia quod facit fornax auro
aut lima ferro hoc confert tribulacio iusto.
Sit vere necessaria est fortitudo exemplo quo
habent introducat olives ...nt et cor
roborat ne deficiat in agone. Ecce octo
audis beatitudines. Una sola est tamen ad
quam per predictas velud ... cunctis
pervenitur. Vis esse beatus, spes et timor
faciunt beatos. Et habes ibi psalmo Cxiii.
Domus aaron speravit in domino

Beati sunt quidam penitentes dimi
ssis scilicet afflictis vnde psalmus Cxlii.
Beatum dixerunt populum cui hec sunt.
Beati quidam viatores virtutibus proficien
tes vnde in psalmo lxxxiii. Beati qui habitant
in domo tua domine. Beati comprehensores
deo scilicet iugiter adherentes vnde Mat. xvio.
Beatus es Symon bariona. Beati vero
et absolute vnde Beati tamen omnia optata
succedunt. Cum hac beatitudine non dicuntur
angeli creati tamen perfecti creati sunt quia
nullus est perfectio ut ipsa pervenit in per
fectione. Sequitur

Benedictio accipitur quandoque in
bono vnde in psalmo Ciiio et ciiiio.
Benedic anima mea domino i. lauda.
Item in psalmo Cxiiio. Nos qui vivimus
benedicimus domino. Item quandoque accipitur in ma
lo vnde Job io. offerebat pro filiis suis
cunctis diebus et dicebat Ne forte pec
caverint filii mei et benedixerint deo
in corde suo. Item vxor Job dicebat
ei Job iio. Benedic deo et morere
i. maledic et morere. Benedictio sumitur
in temporalibus exterioribus. Et hec est
communis tam bonis quam malis. De hac
dicitur Job xlii. Benedixit deus Job et
multiplicatis omnibus. Et laban ad Ja
cob Gen. xxx. Servies mihi adhuc
septem annis quia benedixit mihi deus propter
te. Item Gen. xxvii. De rore celi et
in pinguedine terre erit benedictio tua.
Item Gen. xxxix. Benedixit dominus do
mui egipcii propter Joseph. Bene
dictio dextre in interioribus est i. pure
per graciam vnde in psalmo Cxiiio. Benedi
cti vos a domino qui fecit celum et terram.
In futuris ad gloriam i. ad predestinacionem
glorie vnde Mat. xxvo. Venite benedicti
patris mei. Item in psalmo lxvio. Be
nedicat nos deus deus noster. Bene
dictio est predestinacionis eterne vnde apostolus
ad Ro. viiio. Prescivit et predestinavit
nos fieri conformes ymaginis filii
sui. Prima benedictio est corporalis. Se
cunda spiritualis. Vel sic potest distingui.
Est benedictio temporalis sive temporalis et
est benedictio spiritualis sive spiritualis
et est benedictio eternorum sive eterna. Unde
quociens dicitur hec benediccio in
nomine patris et filii et spiritus sancti amen di
cimus optando invocando. Excepto in
baptismo tunc dicitur affirmando etc.
Benedicit

Benedicit creator creaturae verbo modis
graciam infundendo vnde in psalmo lx
vio. Benedicat nos deus deus
noster. Benedicit nato et merito
multiplicando vnde dominus in Gen. xvio.

c. xxij°. Ad abraham dixit Benedicam benedicentibus
tibi et maledicam maledicentibus tibi B Enedicit anima bndi
cionem ei conferendo / vnde aplus ad ephe.
1°. Qui benedixit nos in omni benedictio
ne in celestibus in xpo
B Enedicit creatura creatori quatuor
modis / fideliter confitendo vnde
angelus ad Thobiam dixit
Thobie. xij°. / Benedicite deum celi et
coram omnibus viventibus benedicite confitemini
ei B Enedicit adversa pacienter susti
nendo vnde Job. ij°. et. 1°. / Si bona su
scepimus de manu dei mala autem quare
non sustineamus B Enedicit bene
vivendo vnde Augustinus Non cessat lau
dare deum qui non cessat bene vivere
B Enedicit mariam et laudes pre
stando vnde Danielis iij°. Benedicite omnia
opera domini domino
B Enedicit homo deum in corde vnde
in psalmo. c iij°. et c ij°. Bene
dic anima mea domino B Enedi
cit ore vnde in psalmo xxxiij°. Benedicam
dominum in omni tempore B Enedicit opere vnde
Crisostomus semper bene aut se laudat Et ideo qui
male agit deum blasphemat Et ideo quare
nit aut aplus / Gravius peccatum est deum
blasphemare quam peierare
B Onorum sunt quatuor genera est enim
bonum quod in se et facienti bonum
est / Sed malum est cui sit vnde
quia elemosina proditur obstinato Quoniam
bonum quod in se bonum est et illi cui fit
sed facienti malum ut quando elemosina non
ex caritate proditur simplicibus / vnde
quocumque modo fiat bonum licet pro vana
gloria et lucro semper in bono est
impetrari / Si vero quibus in malo inpe
trari voluerit mortaliter peccat / Est
tercium bonum quod in se bonum est et fa
cienti et cui fit ut proditur elemosina
que ex caritate et fideliter proditur
Est quarta bonum quod quando fit nec est bo
num in se nec facienti nec ei cui fit
sed inde dicitur bonum / cadit enim quis
iustus ut peccator resurgat Nunquam enim
permitteret deus mala fieri nisi inde sic
deberet bonum de genere bonorum vnde quicquid
non est ex fide peccatum est / licet sit bonum
i de genere bonorum Item nota / quod bonorum
aliud est utile / aliud remunerabile / aliud
meritorium / aliud summum Item bonorum alia
sunt temporalia alia cum tempore i bona fortu
itoria et falsa de quibus dictum est / fili
recepisti bona in vita tua / Alia pro tempore
scilicet bona spiritualia / ut virtutes vel etiam le
galia / sed cessaverunt / Alia sunt bona eterna
supra tempus scilicet summum bonum Roma. quod in bono
ta retinet bonum scilicet amor dei liber ti
mor Jehanne / Respice iam regum celestis
Summum quod deus est corrumpi non potest
sed est aliud bonum quod participatione bonum
bonum est / quod non habet omnia bona nec
omnia bona sunt ab ipso Sic enim coequ
retur summo bono vt creatura creatori
Est autem creatura duplex corporalis et
spiritualis / et bonum est duplex / vnum quantum
ad corporalem creaturam / alterum quantum
ad spiritualem Item creature corporalis
duplex bonum est vnum in ipsa aliud extra
ipsam In ipsa rectitudo quoque sensuum
extra ipsam ordinatio rerum naturalium Spiri
tualis creature duplex est bonum scilicet
cognicio veritatis et dilectio Eius scilicet
istorum bonorum corrupcio malum est / sed
non est peccatum vel culpa Tria enim bona
distinguimus vnum in corpore aliud
in anima / Tercium extra corpus et animam Corru
pcio boni quod est in anima est culpa et est
pena i dilectio virtutis Corrupcio
boni quod est in corpore i sensuum recti
tudo pena est et non culpa / sed tamen ex
culpa procedit Corrupcio boni quod est
extra corpus et animam scilicet rerum naturalium ordi
nacio vel veritatis cognicio nec culpa
est nec pena sed ad penam / et sicut
dictum est bonum quod est in anima
duplex est cognicio veritatis et amor
Corrupcio cognicionis ignorancia et quanto
magis augmentantur corrupciones iste
in anima tanto magis corrumpitur anima
i eius bona Ex quo patet quod malum
non est in bono bonum quod ipse i est de iusta

in proximo unde act. 10. Joseph dict. vir iustus et bonus / iustus proximo, bonus sibi. Sequitur de C

Calamitatum
Calix
Candele
Candor
Canis
Canticum
Capilli
Captiuitas
Caput
Carbones
Carcer
Caritas
Caro
Casus
Celū pme celi
Cenaculum
Circuncisio
Cirographum
Ciuitas
Clamor
Cinis
Cibus
Clerici
Cogitacio
Comestio
Columpne
Conceptio
Conubium
Commutacio
Concupiscentia
Confessio
Confractio
Confusio
Congregacio
Coniugium
Cōsilacio
Cōrusus
Consilium
Consolacio
Consorcium
Consummacio
Contaminacio

Contemplacio
Continencia
Conuiuium
Cor
Corium
Corona
Corpus
Correpcio
Corrupcio
Creacio
Credulitas
Crux
Cupiditas
Cura
Cadauer
Caligo
Calor
Calamus
Calumpniator
Calamos
Caluis
Callis
Clam
Clauis
Campus
Cancellus
Camus
Caminus
Candelabrum
Canistrum
Canales
Capitella
Castellum
Caparis
Caprea
Carmen
Capra
Carmelus
Cartilago
Carectum
Carbunculus
Caradrion
Cardines
Cauterula
Cauter
Castus
Castra

Camelus
Cathedra
Caterua
Cataracte
Camina
Cauda
Cancana
Cedrus
Chaus
Cella
Cellaria
Celatura
Clerus
Cementarius
Cena
Cera
Ceruus
Cerua
Ceruix
Cerastes
Cetus
Cibaria
Cicatrix
Cignus
Cilicium
Clibanus
Clipeus
Cimbalum
Ciphus
Cinomia
Cinamomum
Cinerum
Cingulum
Cinphes
Cyprus
Cypressus
Circulus
Cisterna
Cistarna
Cristallus
Ciati
Cithara
Ciuis
Cottus
Chorus
Cophinus
Collum

Columba
Color
Colubo
Collis
Coma
Compago
Concentus
Concubina
Cognicio
Consul
Consiliarius
Contencio
Conualles
Coruus
Corzma
Cortina
Cortex
Crocus
Costa
Contumax
Cubitus
Cubile
Culmus
Culex
Cultrum
Crema
Custos
Cutis
Cras
Conuerti
Cogendus
Compes

Calciamentum est hu-
manitas christi
ut in psalmo. lix°.
In ydumeam exten-
dam calciamentum
meum id est gentili-
tati inculcabo incar-
nacionem meam. Iste
Ioh. i°. Non sum
dignus solvere
corrigiam calciamentorum eius id est vincula
humanitatis et incarnacionis. Calcia-
menta mortuorum opera unde Exo. iii°.
Solve calciamentum de pedibus tuis id est
purga opus mortis de affectibus tuis.
Calciamentum preparacio ewangelii ut
infra. Calciamenta contra pravitatem
mortuorum unde ad Ephe. vi°. stantes
habeatis calciamenta in pedibus vestris
habentes ad predicatorem ewangelii. Cal-
ciamentum predicacio ut deut. xxxiii°.
ferrum et es calciamentum eius quia
tribulacio et fortitudo sequitur predica-
cionem eius. Calciamentum operacio
ut iii Re. ii°. posuit Ioab cruorem
prelii in calciamento suo quia quibus
pravitatis crudelitatis discordie opera-
tur in opere suo. Calciamenta bona
extra ut in ewangelio Luce xv°. Et calcia-
menta in pedibus eius id est extra ad pro-
fectum bonorum operum. Calciamenta
extra mala ut in ewangelio Luce x°.
et mt x°. Nolite portare calciamenta
vel nolite vos extra prauorum immiscere.
Calciamenta mortificacionis membrorum
inde in Cantic. vii°. Quam pulchri
sunt gressus tui in calciamentis id est quam
decora sunt opera in mortificacione volup-
tatum que sequitur.

Calix est passio domini ut mt.
xx°. Calicem quem ego bibiturus sum
bibetis id est passionem meam imi-
tabimini. Item psalmo. cxv°. Calicem
salutaris accipiam id est passionem que dicitur
calix a similitudine quia placata est passio. Item

dicitur cum mensura quia sub mensura bibitur
unde i Cor. x°. Fidelis deus qui non
permittet vos temptari supra id quod potestis.
Item salutaris quia inferunt salutem fu-
turam. Vocatur salutaris id est christi ipsa qui prior
passus est et dat imitari suis passio-
nes. Et ideo pro cristo id est certa est inspe-
cta domini amore sanctorum eius. Vocatur pre-
ciosus est cum quo vinum mensuratur
Calicem ergo talem accipit et quia ad men-
suram quia non nisi per eum iacuit
in sepulcro. Calix est dicitur confessionis
quem bibunt sancti unde Daniel iii°. Tres
pueri in camino aliqui in calicem bapti-
smi pro eo acceperunt sed pro martirio.
Calix sacra scriptura sic psalmo xxii°.
Calix meus inebrians quam preclarus est id est magi-
stra scriptura que auditores inebriat
clara est. Calix iudicium dei ut in psalmo
lxxiiii°. Calix in manu eius id est iudi-
cium in potestate vini meri id est sine omni
spe misericordie plenus mixto id est bonis
bona et malis mala rependens.
Calix tribulacio sanctorum ut in psalmo xv°.
Dominus pars hereditatis mee et calicis
mei quia deus illorum pars est qui pro
eo tribulantur. Calix passio martirum
ut psalmo cxv°. Calicem salutaris acci-
piam id est passionem martirii ad imitacionem
christi tollerabo. Calix mundana volup-
tas ut in Apoc. xiii°. Calix aureus
babilon quia pariter in mundus ille sed
ad confusionem ducit.

Candele paulatim extinguntur
ad officium quod tenebras vocamus
ut infra in tenebre.

Candor est fortune que est hominis
et que est malis et bonis communis
unde psalmo. lxxvii°. Confringet
dominus cedros libani id est libanus interpretatur
candidacio et signat candorem.
Candor est innocencie unde Treno. iiii°.
Candidiores sunt nazarei eius ni-
ve. Candor est glorie unde mt. xvii°.
marci ix°. vestimenta eius facta sunt
alba sicut nix. Candor sue candi-
dacionis est qualis sit [illegible] et gravitate

qui est laudabilibus viri ps. l. / et super
nivem dealbabor. Et candidatio lu-
pe virtutabilis. Item Act. xxvii.
Malediciat te deus paries dealbata
Candor est innocentia ut Cant. v.
Dilectus meus candidus et a peccato purus
Candor est decor patrie celestis patre
celestis ut Cant. vi. Candor lucis eter-
ne in Christo perpetua caritas est

Canis est peccator impudens ut Prov.
xxvi. et ii Pet. ii. Canis reversus
ad vomitum suum, id est impudens
peccator redit ad peccatum suum. Idem
habetur ii Petri ii. Canis penitens
quilibet ut Eccl. ix. Melior est canis
vivus leone mortuo, quia melior est
de peccatis aliquis humiliter penitens,
quam de meritis superbe presumens. Canis
quilibet infirmus i Reg. xvii. Numquid ca-
nis ego sum, et quia tu venis ad me
cum baculo, numquid pro tam infimo
me habes ut tam futile superare te
posse me credas. Canis quilibet vilis-
simus ut i Reg. xxiiii. David ad Saul
dixit, quem persequeris rex Israel, quem
persequeris, canem mortuum, id est me vilis-
simum qui nec vivere dignus sum. Ca-
nes apostoli sive predicatores ut in ps. lxvii.
Lingua canum tuorum ex
inimicis ab ipso, quia predicatio apostolorum
infusa est gentibus. Canes iudei
ob indisciplinatam latratum ut in ps. xxi.
Circumdederunt me canes multi, id est iu-
daei me iudei. Canes reprehensores
ut in evang. Mt. vii. Nolite mittere
sanctum canibus, id est sacre scripture mysteri-
um illis qui mordaciter reprehendunt.
Canes detractores ad Philipp.
iii. Videte canes, id est intuemini detra-
ctores. Canes loquacitati insistentes
ut in apostolo Apoc. xxii. Foris
canes foris malefici, id est qui in crimine
loquacitatis et male actionis perseverant

a regno dei excluduntur. Canes
predicatores boni ut in evangelio Luc.
xvi. Canes lingebant ulcera
Lazari, id est predicatores sanabant
gentiles per eos. Canes predicatores
pigri ut Isa. lvi. Canes muti
non valentes latrare, quia mali
predicatores vitia corrigere nolunt.
Canes dicuntur gentiles per vin-
dictam, ut Mt. xv. Non est bonum
sumere panem filiorum et mittere ca-
nibus, id est doctrinam iudeorum accipere et
dare gentibus. Item non quoque canis
prelatus, qui catus nascitur, qui
dum vix agnoscat, per dentes habet
corrosivus, qui sanguinem lingit, qui
ad vomitum redit. Item hec tria quoque
prelatos comparantur mali prelati
canibus, de quibus dicitur ve vobis
canes muti somnipnolenti non valen-
tes latrare id est predicare. Item quatuor
in cane commendabiles prelatos esse
videntur, latratus scilicet utilis, lingua
medicinalis, sagacitas mirabilis
qua solo tactu aeris longe positas
sentit venatus, fidelitas commendabilis
quia dominum suum per prospera et prosperia
sequitur, et obsequitur usque ad mortem
Et hec omnia fuisse in patre Augustino
qui libros eius diligenter inspexit
indubitanter cognoscit, quia qui certa here-
ticos et falsos fratres disputat, qui
mediante verba vite eternae sunt quod
est salubre antidotum contra molestias
seculi et animi languores, quia in-
star quatuor prelatus scilicet ut canis
latrat, quia lingua medetur, adherente
quod dominus longe posita sagacitate ra-
odorat, fidelitate dominum servat. Bonum
prelati comparantur canibus catuli rapida
famam etc.

Canticum triplex est. Est enim ca-
nticum vetustatis, novitatis, iu-
bilationis. Canticum vetustatis

in miseria seculi. Illud canticum cantat
qui caritatem non habet. Canticum nouita-
tis quod in gaudio sponsi hic assidue can-
tatur. Et cantat illud qui caritatem habet
et sic dormiat. Canticum est iubilacio
est in visione vera. De primo scriptum est
psalmo. cxxxvi⁰. Super flumina babi-
lonis illic sedimus et flevimus. De secundo
psalmo. cxxxix⁰. Cantate domino canticum
novum laus eius in ecclesia sanctorum. De tercio
psalmo lxxx⁰. Exultate deo adiutori
nostro iubilate deo Jacob. Item psalmo
xxxv⁰. Iubilate deo in voce exultacionis.
Secundum quod in prima, sedum in morte ca-
ticum in pertransitu. Item primum cantat post
transitum maris rubri quod in exo-
do. Secundum post longos desi-
derium. Tercium post universum laborem
in terra sancta promissionis. Canticum
ewangelii sunt tria. Et ideo secundum ewangelia
tria stando cantantur. Primum quod ma-
gnificat luce i⁰. Secundum luce primo ca-
tum est a beata maria, quando elizabeth
salutavit eam. Secunda in canticum sic in
septima hora hic quod ad vesperas deo
quia legitur ibi Quia respexit humili-
tatem ancille sue. Et ecce et ideo
maria quod factum est in sexta etate
Secunda tercia deus respexit genus huma-
num. Et agitur de incarnacione ibi
Suscepit israel puerum suum. Et ideo in
septimo officio cantatur. Secundum luce i⁰.
Benedictus dominus deus israel, quod licet sit
editum a zacharia nato eius filio, primo
cantatur quia in eo agitur de visitacione
carnis Christi. Et erexit nobis cornu
salutis et loquitur ad puerum aurora
solis. Et ideo cantatur in laudibus
in quibus specialiter agitur de resurrectione
ibi dominus resurrexit. Et quia mane
surrexit Christus, ideo mane cantatur
Tercium luce ii⁰. Nunc dimittis
et in septimo officio cantatur quia septima
etas est quiescencium ubi erit pax
et quia de hac pace agitur in hoc cantico

ideo cantatur in septimo officio. Canticum an-
tiquum psalmi vel canticum legitur in tribus
psalmorum. Et ideo nota quod .4. genera sunt pre-
dicti. Primo nota quod cantatur quando in
gaudio est vnde psalmo xxxii⁰. Exultate
iusti in domino rectos decet collauda-
cio. Cantatur quando ad relevandum
laborem vnde psalmo cxxxvii⁰. Et
cantent in viis domini. Item psalmo
cxviii⁰. Cantabiles mihi erant. Cantatur
quando ut alios incitet vnde gaudet dominus
ut cortina cortinam trahat. Canticum
dicitur novum quantum ad doctrinam vnde actuum
xvii⁰. Argumentum paulo dixerunt quod
iste seminator novorum demoniorum pre-
dicator. Canticum dicitur novum quantum
ad novitatem matris vnde Ierem. xxxi⁰.
Novum faciet dominus super terram. Canticum
dicitur novum quantum ad nova opera
vnde psalmo cxvii⁰. Cantate domino
canticum novum quia mirabilia fecit.
Canticum dicitur novum quantum ad
inferiorum despoliacionem et captivorum redempcio-
nem Zach. ix. Tu autem in sanguine
testamenti tui eduxisti vinctos
de lacu in quo non est aqua. Canticum an-
tiquum dicitur novum quantum ad iudicium
vnde Ysai. lxv⁰. Ecce ego creo celos
novos et terram novam. Canticum de
incarnacione dicitur novum propter Christum
novum incarnatum vnde Ierem. xxxi⁰.
Novum faciet dominus super terram mulier
circumdabit virum. Gaudio vtero sui. Di-
citur novum propter novum mandatum de
dileccione inimicorum vnde Matth. v⁰. Au-
distis quia dictum est antiquis, diliges
amicum tuum et odio habeas inimicum.
Ego autem dico vobis, diligite ini-
micos vestros benefacite hiis qui oderunt
vos. Item Iohannis xiii⁰. Man-
datum novum do vobis ut diligatis
invicem. Dicitur etiam novum propter
hominem renovatum vnde Eph. iiii⁰.
Renovamini spiritu mentis vestre etc. Eph.

xxxvi°. Innova signa et immuta mi
rabilia. Capitulum novum dicitur
novum testamentum Jer. xxxi. Et promissa vigesimo
v°. Dic pauperes spiritu quia ipsorum est re
gnum celorum. In veteri testamento ve
tera, in novo nova promittuntur. Dici
tur novum Jer. vi. et affectum Ephesios iiii°.
Induite novum hominem qui secundum de
um creatus est propter signa unde
Eccli. xxxvi°. Innova signa immuta
mirabilia. Dicitur et novum propter precepta
unde ut supra Matth. v°. Audistis quia dictum
est antiquis etc.

Capilli dicuntur superflue vel mi
nute cogitationes. Unde in vetera
testamento Ezech. v°. iubentur
radi sacerdotes ibi: Fili hominis rade ca
put tuum et barbam. Quod adhuc obser
vant instar ecclesie grecorum. Dicat aliquis
debeant ecclesie vel habere superfluum quod
nec esset. Cum enim quis incipit ce
lerius incipit remove capillos ad si
gnificandum quod sic relinquit temporalia. Sed
in contrarium versum est. Ecclesia quanto ma
gis ascendit tanto magis affectat tem
poralia congregare. Capilli dicuntur
bone cogitationes unde Luce xxi°. Capillus
de capite vestro non peribit. Capilli
dicuntur bona opera vel virtutes unde
Matth. x°. Capilli vestri capitis omnes numera
ti sunt. Item non ascendat novacula
super caput nazareorum Num. vi°. C
apilli dicuntur apostoli omnes quoque fideles unde Cant.
iiii°. Capilli tui sicut greges capra[rum]
que ascenderunt de monte Galaad. Unde
in figura Christi iiii Regum ii°. Ascende
calve, quia cum Christus ascendit
omnibus capillis suis, id est omnibus apostolis
spoliatus est. Capilli dicuntur angeli
sive viri nec[essarii] electi secundum omnes sancti unde
Dan. vii°. Vestimentum eius ut nix candi
dum est et capilli eius ut lana munda.
Capillus superfluitas cogitationum unde
Prov. lxviii°. Verticem capilli per

ambulantis in delictis conscinget, id est acu
men superfluitatis. Hec ibi. Desinet.
Capilli angeli Apoc. i°. Capilli
eius erant candidi. Ecclesia angelis domini
in peronimitate sunt passim.
Capilli paramenta legis ut in Job i°.
Ipse Job legitur a capite capillos rasis
se, quia Christus legis paramenta ab illo
summo sacerdote scilicet abscidisse, id est absci
disse. Capilli pro viciis capiuntur
sicut dictum est Prov. v°. Criminibus
peccatorum suorum unusquisque constringitur. Inde
est quod illi qui penitentiam gerunt capil
los et barbam nutriunt ut demonstrent
habundantiam criminum quibus capit[e]
peccatoris gravantur et alias vivunt.
Relictum quippe est recordatio peccatorum
[illegible]. Postquam vero penitentiam egerint
capillos et barbam deponunt ad si
gnificandum quod iam vita reliquerint.
Capilli mediana unde Luce vii°. Maria
Magdalena unxit et extersit capillis suis.
Sic et nos facere tenemur, id est de super
fluitatibus nostris pedes Christi ungere,
id est pauperes pascere corporaliter et spiritualiter.
Capilli cogitationum superflua ut in
lege Num. vi°. Iubentur nazarei capil
los in ignem sacrificii ponere, quia perfecti
cogitationes superfluas divini amoris de
bent incendere flamma. Capilli fideles
populi qui Christo capiti inherent ut Cant. iiii°
et vi°. Capilli tui sicut greges tonsa
rum que ascenderunt de lavacro. Ecclesia
fideles populi per baptismum loti summa
per [illegible] [illegible]. Capilli habundans
substantia ut in ewangelio Luce vii°. Maria
capillis pedes domini tersit, quia fideles
quisque ex sua habundantia pauperibus
necessaria tribuit. Capilli ordo predicatorum
ut Dan. xiiii°. Abacuk capillo de iu
dea in Babilonem transvectus esse per[hi]
betur. Per Abacuk qui amplectens
sive luctator interpretatur predicatores in
ut expresse intelligi debent ut pro se
sibi amplectentur luctam contra demonia lu
ctant. Erat autem Abacuk in iudea, id est
Christus spiritualiter ad iudeos fuit missus. Et spiritualiter

ille p[ul]mentum coxerat et xx c[apitulo] ag
sapie[ntie] sp[irit]u s[an]cto cooperante tribuit te[m]pa
huit / ille panes in alueo crearat / Ita
xpus ap[osto]lis et di[scipu]lis u[er]bi uastibus pa
bulum doctrine sp[irit]ualis exponendo et fra
frangendo ministrat / Ille in super mi
?iens tulit messoribus / et xpus ad syna
gogam ueniens iudeis p[re]dicat / Dixit q[ue]
angelus ei / fer prandium q[uo]d h[abe]s in
babilonem danieli qui e[st] in lacu
leonis / q[uo]d ap[osto]li dare gentibus salte[m]
dep[re]cabant[ur] a d[omi]no / Per babilone[m]
co[n]fusa gentilitas / per danielem p[o]p[u]l[u]s
gentium p[er] lacum leonum tenebrosa co
?pacio demonum / latuit itaq[ue] in ba
bilone ?q[ue] demonum in gentilita
te et in gentilitate dicitur / Daniel in
lacu p[o]p[u]l[u]s gentium habitans in regione
umbre mortis est / Babilonem ante[m]
abacuk no[n] uidit et lacum nesciuit / et
deus no[n] ?plus missus est nisi
ad oues q[ue] perierant de do
mo isr[ae]l / Abacuk ergo cap[illo] illo de in
deo in babilonem t[ra]nslatus danieli p[ran]
dium quod messoribus parauerat tulit
et redemptor n[oste]r p[er] p[re]dicatores suos
u[er]bum salutis iudeo p[o]p[u]lo destinatum
gentibus miserunt / Surrexit daniel
et comedit / p[o]p[u]l[u]s gentium ad errore
surgens ad fidem erigitur / et d[omi]ne do
ctrine pabulo reficit[ur] / refecto daniele
abacuk in locum suu[m] t[ra]nslatus fuerat re
stituit[ur] / et xpus plenitudine gentium
co[m]pleta ad iudeos redibit / et tu[n]c o[mn]is
isr[ae]l saluus fiat

Captiuitas est demonum i[n] car
cere aeris / p[er] luce x° / vide
bam sathan sicut fulgur de ce
lo cadentem / Captiuitas est hom[inis]
per mortale pecc[atu]m / p[er] ap[osto]l[u]m ro[manos] vii°
?uideo aliam legem in membris
meis repugnante[m] legi mentis mee etc.
Captiuitas est et[iam] ho[min]is per venia
le pecc[atu]m / vii ibi[dem] ro[manos] vii° / Infelix
ego ho[mo] quis me liberabit de corpore
mortis huius / Captiuitas est iter[um]
per penam gehennalem / vii mat[thei] v° / Esto co[n]sen
tiens aduersario tuo in via cito ne forte
tradat te iudici et iudex tortori / et ille
mittet te in carcerem / Nota q[uod] ?p[er]a sunt ca
ptiuitas xpi s[cilicet] pene in similitudine car
nis pecc[at]i / vii p[salm]o lxviii° / Ego sum pauper
et dolens / Que sunt bonorum s[cilicet] pene et pec
cati venialis / vii ap[osto]l[u]s ro[manos] vii° / Infe
lix ego etc. / Item i° ioh[annis] i° / Si dixerimus
q[uia] pecc[atu]m no[n] habemus nos ipsos seducim[us]
Que malorum pene culpe s[cilicet] venialis
et mortalis / vii iob viii° / Cum
pecc[at]i
parit pecc[atu]m finitus est pecc[ati] / Que autem
in futuro culpe / quia p[salm]o lxxiii° / Su
p[er]bia eorum qui te oderunt etc. / Et ysa[ie]
lxvi° / quia u[er]mis eorum no[n] morietur et
ignis eorum no[n] extinguetur

Caput est diuinitas xpi ut Cant[icorum] v° /
Caput eius aurum optimum / quia
in xpi diuinitate fulgor incomparabi[lis]
est / Caput ad li[citu]m mentis om[n]i bonitas
actiones obscurum debet / De hoc capite
dicitur qui incipit et b[e]n[e] fin[iu]nt ca
pite dampnant[ur] / Caput iustitie xpus
sine quo usus viuendi non valet haberi
Et de hoc capite dicit[ur] / qui te[n]et cap[ut]
et b[e]n[e] finalit[er] viuunt ut s[upra] / Caput mora
liter humilitas que caput est virtutum
que totum fouet morum actium corpus / Et
de hoc capite s[cilicet] de humilitate dicitur
qui incipit et b[e]n[e] finalit[er] ut s[upra] / Caput
humilitas xpi ut in p[salm]o lxxxvi° / Ex
altat[ur] caput caput meum sup[er] inimicos
meos / Caput fides ut Cant[icorum] v° / Ca
put meum plenum est rore i[d est] fides mea
in prauis refulgens / Caput sacerdotium
iudeorum ut in iob xix° / Abstulit co
ronam de capite meo / quia dignitate[m]
abstulit deus a sacerdotio iudeorum / C
aput q[ui]libet rector ut i° re[gum] xv° / Cap[ut]
in tribubus isr[ae]l factus es i[d est] rector i[n] ple
bis isr[ae]l constitutus es / Caput p[ri]ncipa
tus synagoge / ysa[ie] i° / Om[n]e caput
languidum i[d est] o[mn]is principatus syna
goge sp[irit]ualiter egrotauit / Caput p[r]inci
pium ut in p[salm]o xxxix° / In capite
libri scriptum est . i[d est] in principio psalterii

scripturā que dē me. Caput quando hostis superbus ut Job xl° / Aut conquassasti caput pisscium mirabilis capite ipsius / quia dē ab ipsa prelatoris suos et superbos ad se trahit. Caput initium temptacionis ut Job xx° / Caput assiduum suggerit / quia iniquus quando initium temptationis consentiendo suscepit. Caput excellencia ut dē iiii° Exponi aduena erit in caput / quia excellit te aduena. Caput dyabolus ut in psalmo Cxxxx° / Caput circuitus eorum etc. / quia dyabolus qui caput est iniquorum / unde quam recte incedunt. Caput est antixpistus ut Abacuk iii° / percussisti caput de domo impii i. superasti antixpistum qui est habitaculum dyaboli. Caput congeries hostis ut Reg iii° Circa quia circuit caput tuum i. mala que congeruntur tibi gravia sunt. Caput mentis ut Can vii° / Caput tuum ut carmelus i. mens tua cogitationibus spiritualibus contemplationis / quia carmelus scientia contemplationis interpretatur. Caput intentio ut Jude i° in libro Judicum scriptum est cuius in capite i. inimici sui prevalent ei in ipsa intentione. Capita i. elationes superborum ut in psalmo Cix° / Conquassabit capita in terra multorum i. destruet in terra elationes platorum plurimorum superborum. Caput vicia criminalia ut Apoc xii° / habebat draco capita vii quia dyabolus septem principalia vicia suggerit. Caput affectus hominis ut psalmo xxii° / Impinguasti in oleo caput meum quia affectus meos post cogitationibus grandes caritatis unctione irrigasti.

Carbones sunt virtutes que erant in Xpisto ut Levitici xvi° / plenum thuribulum carbonibus vivis ponit super tulit in sancta / quia sic corpus suum virtutibus plenum te levavit ad celos. Carbones sancti qui in fine cum deo iudicabunt. Carbones quoque dicuntur vicia unde cadent super eos carbones. Carbones ardores penitentie ut in parabolis prov xxv° / Carbones ignis congeres super caput eius i. bonis tuis operibus inimicum tuum ad penitentiam provocabis. Carbones dicuntur quoque caritates vii dicuntur xv° Si esurierit inimicus tuus etc. Carbones incendia caritatis ut in psalmo xvii°

Nubes transierunt grando et carbones ignis q. i. quia habundante maiestate et predicatores et communicatores in mentis sublibus transierunt et flamme caritatis resurrexerunt. Carbones sunt viri ut in Ezechiel i° / Carbonum ignis ardentium i. sanctorum virorum deum in occulto amantium. Carbones bona opera ut in psalmo Cxix° / Cum carbonibus desolatoriis i. sanctis bonis vicia devastantibus. Carbones dicuntur sancti alios illuminantes unde psalmo Cxix° / Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Carbones peccatores ut in psalmo xvii° Carbones succensi sunt ab eo / quia multi abaccedore boni deserentur et patris inigra a deo succensi et illuminati sunt. Carbones iniqui in malis suis perseverantes ut in Tren iiii° / Denigrata est super carbones facies eorum i. ipsos iniquos in praviantibus suis sufferunt etc.

Carcer caro mea sine corpus unde psalmo Cxlii° / Educ de carcere animam meam i. libera me de corpore mortis huius. Carcer mundus pulcher materialis aer qui est malignis spiritibus carcer. Carcer infernus unde Zach ix° / Eduxisti nos de lacu in quo non erat aqua / Item Zach vi° ~~iudeis~~ iudeis in lac cum in carcerem i. in infernum. Carcer est pondus corruptum ut Job ix° / Circumdedisti me carcere i. vallasti me undique pondere corruptionis mee. Carcer cogitatio incredentium ut in Apoc xx° / Solvetur sathanas de carcere suo i. de malis in quibus nunc tenetur / tunc exibit. Carcer tribulatio ut in Apoc ii° / Missurus vos est in carcerem i. in tribulacionem

Caritas dicitur quoque tota trinitas et illa est nomen essentiale / quandoque est nomen personale ut cum dicitur spiritus sanctus est caritas / quia significat quod est nomen spiritui sancto / videlicet amor et bonitas patris et filii est. Caritas quoque est motus animi in mente qui diversi sunt seu diversi alia

anima est motus quo diligitur deus, alius quo diligitur proximus. Motus animi ... ex animi qualitate et ... dicto pertinentes ... et dicitur diligere. Unde Augustinus ... : Motum animi voco caritatem. Caritas quoque dicitur qualitas mentis vel dilectio proximi, ut ibi i Cor. xiii: Manent autem hec tria: fides, spes, caritas; quoque maior ... Iohannis xv: Maiorem caritatem nemo habet etc. Caritas dicitur lex data. Unde apostolus ad Galatas vi: Alter alterius onera portate etc. et adimplebitis legem dei, id est caritatem. Caritas comparatur camino propter caliditatem. Unde Gregorius ait: Nunquam otiosa est caritas; operatur enim si est; si operari renuit, non est. Item caritas [illegible] consumit, non autem destruit. Comparatur [illegible] propter venenum absorbendum; absorbet enim venenum peccatorum. Unde i Petri iiii: Caritas operit multitudinem peccatorum. Item propter unanimitatem. Unde i Cor. xiii: Sive prophetie evacuabuntur sive lingue cessabunt sive scientia destruetur, caritas nunquam excidit. Caritas dicitur integra propter perpetuitatem. Unde mors in sanctis non interrumpit ordinem caritatis. Item illud i Cor. xiii: Caritas nunquam excidit. Item propter firmitatem. Unde Cant. viii: Fortis est ut mors dilectio. Item propter comprehensionem. Unde apostolus Ro. xiii: Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis; qui enim diligit proximum legem implevit. In hoc enim inveniens ... Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Caritas dicitur [illegible] oleo, quia ad modum olei illuminat cecos, pascit famelicos, sanat egrotos, penetrat duros, supernatat quia ad superiora nos elevat. Caritas est illa virtus que non emulatur. Unde [illegible] iudice [illegible] zelo si ducentis si alterius bonis invides si [illegible] remordes, non habes caritatem. Caritas non agit perperam quia [illegible] debito sine [illegible] immo animam exornat et [illegible]. Caritas non inflat; si per superbiam extollere non habes caritatem, sed [illegible] si vis [illegible] caritatis, submitte te [illegible] caritate. Caritas non est ambitiosa

ad [illegible] similitudinem non querens honores, non appetens divitias seculares, que non sanant cupiditatis ardorem sed afferunt; sitim non extinguunt sed potius addunt. Caritas non querit que sua sunt sed que Iesu Christi. Caritatis filius est que sua sunt non querit sed que sunt Iesu Christi querit, ut sua sint que sunt dei, non ut sibi [illegible] sed proximo, non ut sibi serviat sed deo, ut habeat deum, ut deo serviat et vivat. Caritas dicitur augeri quoque secundum habitum; hec non potest minui sed augeri. Unde apostolus Ro. viii: Neque mors neque vita separabit me a caritate Christi, immo [illegible]. Dicitur quoque caritas augeri secundum affectum, quoque secundum fervorem, quoque secundum multitudinem operum; et hec potest augeri et minui etc. Caritas dicitur fortis propter immutationem; vivo autem iam non ego, vivit enim in me Christus. Dicitur caritas fortis quia separat ab actibus carnalibus ut mors animam a corpore. Unde Cant. viii: Fortis est ut mors dilectio, id est caritas. Caritas ideo morti comparatur quia sicut morti nihil potest nocere. Unde Ambrosius: Habe caritatem et fac quod vis. Hec autem est mater et conservatrix omnium virtutum, quia existente caritate crescunt et alie virtutes, et deficiente caritate deficiunt et alie. Inde est quod omnes alie virtutes etiam si habite non sufficiant, hec vero sola pre aliis sufficit. Verba sunt Petri in glosa. Caritas est excellentior aliis virtutibus in essentia, quia ut dicitur i Iohannis iiii in prima canonica: Deus caritas est etc. Item propter permanentiam. Unde i Cor. xiii: Caritas nunquam excidit. Propter efficaciam. Unde [illegible]: Habe caritatem et fac quicquid vis. Item propter [illegible] singularitatem, quia caritas est fons proprius cui non communicat alienus. Caritas dicitur lata propter comprehensionem, quia continet omnia mandata. Unde apostolus Ro. xiii: Non mechaberis, non furtum facias etc. Item propter extensionem ad inimicos. Unde Matthei v: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Item propter premii magnitudinem. Unde Luce vi: [illegible]

bonam et confertam et coagitatam et sup
effluentem dabo in sinum vestrum Alteri spi
ritualiter inmaturi vnde Ysa. xxxi°. Cuius ignis
g in syon et caminus in ierusalem Caritas
b dicitur finis precepti vnde j. Thimo. i°. finis
precepti est caritas de corde puro et
consciencia bona et fide non ficta Caritatis
latitudo in hoc considerat quod diligi inimi
cos usque ad inimicos extendi debet caritas
quod spe premii est vnum facere Deberi eius lon
gitudo attenditur ut perseveraverit usque
in finem Altitudo per sublimitas ut
omnia fiat propter deum quia quecumque fa
cimus bona intencione et spe premii facere
debemus Profunditas in hoc attenditur
ut homo nichil boni sibi ascribat sed totum
gracie dei cuius causas investigare
est nimis profundum et radicis sensum
hominum Quanti scilicet cum hoc agebat et il
lud diligat quod debemus timere et
f mirari cum apostolo Ro. xi°. O alti
tudo diviciarum sapiencie vic enim Cari
tatis vel nichil complexio est effectus scilicet
predicare vnde act. xxviii°. Ite doce
g te omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti
c Item marci xvi°. predicate evan
f gelium omni creature Patientibus condolere
cum paulo ij. Cor. xi°. Quis infirmatur
infirmatur et ego non infirmor In mi
sericordia corripere vnde psalmo. C. xl°.
Corripiet me iustus in misericordia Item psalmo
xxij°. Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt Caritas est
amor eternus quia ea sese diligunt
a angeli vnde Exo. xxv. Dic ad mo
ysen dicitur facies michi thabernaculum
ad instar thabernaculi quod monstratum
tibi in monte id est ordinabis ecclesiam
militantem in modum triumphantis ut
diligetis vos in militanti sicut in
triumphanti diligitis se quia de sur
sum datur vnde omne datum optimum etc.
quia sursum ascendit et durat in
c eternum vnde j. Cor. xiii°. Sive prophe
cie evacuabuntur sive lingue cessa
bunt etc. Caritas est plenitudo sciencie
qui enim scienciam habenti sine modi
cum sive magnam sufficiat si habet
caritatem vnde habe caritatem et fac
quod vis sicut dicit in glosa et hoc est
expressum per dicitur Quecumque sciencia quantum
cumque magna sit impleta et imperfecta
a est sine caritate vnde j. Cor. xiii°.
Si habuero prophetiam et noverim
misteria et omnem fidem et omnem
scientiam ita ut montes transferam cari
tatem autem non habuero nichil sum
Sed sequitur de caritate perfecta
Caritas debet ordinari vnde Canti.
b ii°. Introduxit me rex in cellam
vinariam et ordinavit in me cari
tatem Cellam vinariam dicit
quia ecclesia propinat vinum id est amorem
dei de quo inebriantur fideles adeo
ut obliviscantur parentum et porcionis
vite Ordinavit in me caritatem id est
ordinem in me disposuit caritatis
ut primo loco diligam deum deinde
proximum et hoc diversis gradibus quia primo
loco parentes et ultimo inimicos vnde
f act. v°. Diligite inimicos vestros Ca
ritas habet duas pennas scilicet duas
alas vnde psalmo. C. xxxviii. Si sumpse
ro pennas meas diluculo id est duas
alas dilectionis scilicet dei et proximi Ca
ritas non nisi inter duos sit vn
de hoc significatum binos et binos apostolos
vocati sunt a deo vnde supra ut legitur
legitur vocavit duos fratres petrum
e et andream deinde alios duos fratres
iacobum zebedei et iohannem et statim
relicto patre secuti sunt eum Ideo
quod omnis qui caritatem non habet inimicus
est dei et amicus dyaboli scilicet dyabolus
semper caritatem extinguere querit vnde
augustinus Nil precipuus deo virtute cari
tatis nil desiderabilius dyabolo extinc
cione caritatis Ille vero caritatem
habet qui amicum diligit in deo virtute
dilectionis et inimicum propter deum Amissa
caritate nichil habet omne bonum amittit
quod habet sed quanto dabitur et habundabit
bit Unde quicumque caritatem non habet

et alia dona perdit. Ideo hic caritatem
qui non diligit deum plus quam se quo
caritatem habet qui peccatum magis diligit
quam deum et qui peccatum non relinquit propter
deum. Caritas vero perfecta est et amicum
tamen diligere in deo et inimicum propter
deum. Qui decedit in caritate per-
fecta immunis est ab igne purgatorii.
Qui vero in caritate imperfecta non. Ideo
salvator Joh. xv°: Maiorem carita-
tem nemo habet etc. Item i Joh. iiii°:
Deus caritas est et qui manet etc.
Idem i Joh. iiii°: In hoc apparuit
caritas dei in nobis quoniam ille animam
suam pro nobis posuit. Et nos debemus
pro fratribus animas ponere. Augustinus: Sine
caritate omnia quecumque faciamus nihil
nobis prosunt. Unde si habuero prophe-
tiam etc. ut supra. Item si linguis hominum
loquar etc. Item sine amore ca-
ritatis quisque recte credat ad beatitudi-
nem pervenire non potest. In caritate sola
et recte impleri compassionem Christi pro ...
dies mortem pertulit. In dilectione
dei prius est odire malum et diligere
bonum. Porro nemo diligit vere
deum nisi prius malum odio ha-
beat. Unde qui diligitis dominum odite ma-
lum ait propheta ps° xcvi°. Cer-
tissime autem constat a deo diligi
qui deum diligit. Et quia probatio
dilectionis exhibitio est operis. Con-
stat de inimico quod nec deum diligit
qui dei mandata non custodit. Item
Joh. xiiii°: Si quis diligit me di-
cit domini sermonem meum audit
et mandata mea custodit. Item Joh.
xv°: Vos amici mei estis. Item
Joh. xiiii°: Qui non diligit me ser-
monem meum non servat. Et sic so-
lum iiii° c° i canonica: Qui dicit quia
diligit deum et mandata eius non
custodit mendax est. Vere enim diligimus
si mandata eius custodimus et a
mentibus nostris voluptatibus cogitationes.
Item salvator Joh. xv°: Maiorem carita-
tem nemo habet etc. De opere caritatis debet
intelligi. Maior tamen videtur caritas pro
inimicis ponere quia ubi maior pugna
ibi maior corona et maioris corone causa.
Item i Joh. iii°: Diligamus non ver-
bo neque lingua sed opere et veritate. Pro-
cul dubio deum diligit qui odit ea
que deus odio habet scilicet iniquitatem et
vanitatem et huiusmodi. Sicut scriptum est ps° v°:
Odisti omnes qui operantur iniqui-
tatem. Et illud ps° xxx°: Odisti ob-
servantes vanitates. Sic hac auctoritate
... apostolus dicebat: Quis nos se-
parabit a caritate Christi? Tribulatio an
angustia an persecutio. Ro. viii°. Ideo
quia est dilectio minor ad quam tenen-
tur perfecti quam imperfecti. De qua dicitur
omnibus Matth. v°: Diligite inimicos
vestros etc. Quod vero dicitur Luce xiiii°: Qui
non odit patrem et matrem et uxorem
et filios etc. id est qui non preponit amorem
dei amori temporalium non est huic con-
trarium. Est dilectio superior ad quam
tenentur perfecti. Nam imperfectis licet reti-
nere signa odii salutationes et huiusmodi
et cetera communia beneficia. Perfectis non
licet retinere signa odii neque beneficia.
Item diligendus est deus quia ipse pri-
us dilexit nos ut a nobis diligeretur.
Quatuor dona dedit nobis. Primum
donum quod dedit deus homini ut di-
ligatur ab homine mundus est. Illa namque
omnia fecit deus quecumque visibiliter
subsistunt ut celum et terram et omnia
que in eis sunt noctem et diem et huiusmodi.
Secundum donum dei est quod dedit homini
scilicet quod fecit hominem ad imaginem suam.
Magnum et admirabile est hoc donum
dei. Tertium donum dei est gratia quod
nobis contulit in redemptione qui misit
nobis filium suum qui scilicet pro servo filio
non pepercit Ro. viii°. Sic dicitur
Joh. iii°: Sic deus dilexit mundum
ut filium suum daret ut omnis qui cre-
dit in eum non pereat sed habeat
vitam eternam. Item Joh. x°: Animam
meam pono pro ovibus meis. Quar-
tum donum nobis servat deus et promittit

sed similiter gloriae i. illam gloriam servitutis
eternam quae erit gaudium ineffabile
et insperabile de quo dicitur i Corinthiorum ii° quod a
oculus non vidit nec auris audivit etc.
Et pro hiis omnibus debemus diligere
deum. Et ex quanto debemus eum dili-
gere ex toto corde i. sapienter. Et ex tota
anima i. dulciter et ex tota mente i. me-
moriter. Tribus enim viribus anime sunt
est enim viribus racionalibus et concupiscibilibus
irascibilibus. Et quibuscumque aliis modis
diligi potest. Vel nihil aliud petas deum quam
ut tecum deum nihil petas. Et non super e
illud locum psalmi Cxviii in toto corde
meo exquisivi te. Qui ex toto corde d
non exquirit nec diligere quod et repellit
Et ideo dicit ne repellas me in finem
vel ex toto corde i. toto intellectu et ex
tota anima i. tota voluntate. Et ex tota a
mente i. tota memoria ut omnes cogita-
tiones et omnem vitam et omnem intel-
lectum in illum conferamus. Et sic ex b
simili ...ma qui multum diligit mul-
tum sunt. Et qui perfecte diligit perfecte
sunt. Econtra qui non diligit non sunt
Augustinus. Ex toto corde dicit i. ex toto
intellectu sine errore. Ex tota anima i.
ex tota voluntate sine contrarietate. Ex to-
ta mente i. ex tota memoria sine ob-
livione. Secundum Augustinum. Ex toto corde i.
sapienter ex tota anima i. dulciter ex tota
mente i. fortiter. Primum refertur ad filium
secundum ad spiritum sanctum. Tertium ad patrem. Alii
autem dicunt ex toto corde etc. i. super omnia
super omnem creaturam. Sed ille non c
diligit deum ex toto corde qui proximum
odit. i Johannis iii° dicitur qui fratrem suum
diligit in lumine vadit et scandalum
non est in eo. Qui autem fratrem suum odit
in tenebris est et in tenebris ambu-
lat et nescit quo vadat. Quia tenebre ob-
cecaverunt oculos eius et omnem proximum
fratrem tuum indicasse. Vos ergo invicem
diligatis quia ipse prior dilexit nos. Item
i Johannis iiii° Si quis dixerit quia di-
ligo deum et fratrem suum odit mendax

est. et veritas in eo non est. Item ad
Galatas v° omnis lex in uno sermo-
ne completur. Diliges proximum tuum
sicut teipsum i. ad quod teipsum obli-
gatus es i. adhuc ut habeat deum et
quantum potes operam da ut illa fa-
ciat per que salvetur. Romanos sic nota
similitudinem non quantitatem secundum quosdam
Vel similitudo ergo legis est ambulare
in dilectione dei et proximi sicut et ipse
dilexit nos et tradidit semetipsum
pro nobis Romanos viii°. Diligentibus
deum omnia ... cooperantur in bonum
quod oculus non vidit etc. i Corinthiorum ii°
Non diligitur deus nisi diligatur proximus
Unde Beda super illud locum pasce
oves meas. Nec deus vere sine proximo
nec sine deo vere potest proximus amari
Paulus dicit Romanos ix° Optabam
anathema esse a Christo pro fratribus
meis. Item i Jacobi viii° volo
omnes esse sicut et meipsum. Quemcumque
ergo deum vel proximum diligit intimus
diligit ut animam suam ponat pro eo
si opus fuerit. Dilectio dei et proximi
est caritas. Dilectio dei est ... ha-
bendo ipsum. Multi enim diligunt de-
um sed non propter ipsum sed quia pascit
eos et dat eis temporalia bona
ut canis diligit dominum quia pascit
eum. Talis dilectio non est caritas
Dilectio proximi sicut propter ipsum quia
quemcumque vellet ut faciat vobis homines
et vos eis faciatis. Est Matthei vii°
Et enim lex et prophete est. Non ex di-
ligunt deum quidam fortiter non sapi-
enter qui scilicet diligunt deum non propter
se sed propter bona que dat eis. Alii
sapienter sed non fortiter i. nimis ad
tollerandum crucem et sequi Christum.
Alii fortiter et sapienter. Et cum dul-
citer i. quia propter deum tantum. Et multi in-
dum sequuntur Christum. Et non dili-
gebat dominus apostoli ante adeptam glo-
riam. Alii nec sapienter nec fortiter
quia quod dicunt ore negant opere

cum quos apostolus i Cor. xvi. Si
quis non amat Christum etc. Et Ecclesiastici
xiii. Caritas facit hec non amo-
vebitur in eternum. Non dicitur qui loquitur
hec vel qui legit vel qui cogitat
vel predicat sed qui facit. Item in
quo corrigit adolescentior viam suam
in custodiendo sermones tuos non
in loquendo sed in custodiendo. In
ewangelio Matthei v. Diligite inimicos ve-
stros. Diligere inimicos est dare bona
pro malis ut super illud locum Proverbiorum
xviii. Tenebra oculos meos et
confidenter. Et i Cor. xii. super illud
locum Si quid patitur unum membrum
compatiuntur omnia membra. dicit glosa Sicut
non unum pro alio quam pro se sollicita
sunt hic manifeste dicitur quod non minus
pro aliquo quam pro nobis metipsis sollici-
ti esse debemus. Marci. Si non dimi-
seritis ex corde quod in vobis deli-
quitur etc. hic quod per primam di-
missa erant a vobis exigitur. Et
quod peccatum exigatur id est quod redeat dimis-
sum super ait quod cum originale redeat
per peccatum mortale. Item Augustinus
vnglisz item in ...
est acceptum a deo qualiter ipse dede-
rit proximo suo. Qui non dimittit ele-
mosinam dat. vii. idem Augustinus. Qui
dat veniam peccati elemosinam dat.
Item Ysidorus dicit peccata dimitti
non posse ei qui in se peccanti non
dimittit. Item de odio dicitur quod unum
est aliquod peccatum quod magis expugnat do-
minum propter ypocrisim quam odium. Item
in ewangelio Matthei vi. Si non dimise-
ritis peccata hominibus corde nec pater vester
vobis dimittet vobis peccata vestra. Item
Domini Matthei v. Omnis qui irascitur fratri
suo reus erit iudicio. Et illud Ecclesiastici
Si offers munus tuum etc. Anastasius
si non dimittis iniuriam que tibi facta
est non orem pro te sed super te male-
dictionem super te inducis. Sic eius dic-
dimitte in ... et ego dimisi est non

quod quidam dicunt dictum esse in veteri te-
stamento in toto expressum quod dicit Dominus
Matthei v. Audistis dictum est antiquis di-
liges amicum tuum et odio habebis ini-
micum tuum. quod est contrarium huic diligi-
te inimicos vestros. Dicendum est quod non est
veteri testamento nec a Moyse man-
datum est sed a doctoribus legis post-
modum est. qui suspicati sunt deum sic velle
videtur contra illud Psalmi cxxxviii. Inimicos odio
habeo id est iniquitates. Salomon dicit Nolite
esse amici hominum iracundi. Item Proverbiorum
xxv. hic dixit. Item ...
Qui non odit proximum id est qui non preponit
maiorem deo amorem amori temporalium
et notatur illud Matthei v. Diligite
inimicos vestros de interiori dilectione
intelligendum est. Item de inimicis di-
ligendis Exodi xxiii. Si videris
asinum odientis te iacere sub onere non
pertransibis sed sublevabis cum eo omnis
eius. Item Exodi xxiii. secundum aliam
litteram Si obviaveris bovi inimici tui
et iumento eius erranti reduces illud inimico

Caro Christi vel
illa est quod in altari sumimus
de qua dicitur Johannis vi. Caro mea
vere est cibus. vel illa que affixa est
cum ligno de qua dicitur Psalmi xviii. Ca-
ro mea immutata est. Psalmi ... id est in gloriam
immortalitatis per gratiam spiritualem
... quod carnem Christi omnis christianus debet
recipere in illa die magna et carnem
accepit. ex hic ... tenemur non so-
lum ex institutione ecclesie in nova lege
sed etiam ex precepto domini in veteri te-
stamento dicitur non apparebis vacuus
in conspectu domini dei tui ter in anno
In pascha in penthecoste in cenofe-
gia pro qua nativitatem Christi nos ce-
lebramus. Vacuus apparet in
conspectu domini qui sine dono suo dona
in illa die ad domum suam revertitur
vacuus accedit vacuus et recedit.
Item caro peccati ut in Job xvi.
Quare ... carnem meam id est te
... similitudine ... ad iustam
Caro dicitur natura id est quia natura carnis po-

quia sciat carnis integra veritatem
vnde videbit omnis caro salutare dei
Item ysaie xl° / Cor meum et caro
mea exultaverunt in deum vivum Item
Gen ii° / Caro de carne mea / quia
vocatur femina de viro quia sumpta Item caro
carnis corruptio vel mortalitatis
quia sciat carnis corruptam vnde in
paulo i Cor xv° / Caro et sang-
wis regnum dei non possidebunt i cor-
ruptio incorruptelam Item Rom
vii° / Scio quod non habitat in me bonum
i in carne mea i in fomite peccati
Caro carnalis infirmitatis i sen-
sus carnalis i fomes peccati vnde Mat
xvi° / Beatus es symon Bariona quia
caro et sanguis etc
Casus hominis sive lapsus tri-
plex est quia cadit quandoque intus
et non foris quandoque foris et non
intus quandoque sed foris et intus / Primus
casus sive lapsus est gravis / secundus gravior
tercius gravissimus primo modo intelligitur
quod legitur Mat filii israel reversi sunt corde
in egyptum Num xiiii° / Secundus
patet in apostolo petro Mat xxvi° / Qui
xpm cum toto corde adherebat carnali
timore negabat / Tertius est in iudea
et in illis qui pravam habent cogitationem
et pravam actionem / Cadit intus homo
per delectationem foris per consensum / Est
igitur casus sive lapsus interior scilicet
prava cogitatio / et exterior mala ac-
tio Et ut ait auctor quanto gradus
altior tanto casus gravior scilicet quanto ad
dampnum non quantum ad offensionem
quia magis dampnificatur habens
maiorem caritatem et amittendo illam
quam alter amittendo minorem / Sed tamen
equaliter peccat quia in dicit auctor
est intelligenda per deviationem quid est
ubi sequitur ut sit sensus quanto gradus
altior etc i sequitur gravius quod qui
gradus etc / Sicut et ista ve plato
ad quem subditus Casus sive lapsus
alius est per peccatum mortale vnde pro ix°
et cadet cum duarum fuit pauperum
quod de antichristo dicitur ...

Alius est casus infirmitatis vnde pro xxiiii°
Septies in die cadit iustus et surgit
iustus Alius humilitatis quia cadit
homo per humilitatem ut apocalypsis vi° / Vigin-
ti quatuor seniores ceciderunt in
conspectu dei et agni / Est et alius
casus sive dampnacionis vnde pro xxi°
Cadet omnes qui descendunt ...
Item pro xc° / Cadet a latere tuo
mille etc Item cadit homo quatuor modis
... peccatum mortale
peccatum vnde ysaie xiiii / Quomodo cecidisti
lucifer qui mane oriebaris / primus
est bonorum / secundus infimorum / tertius in
principio ... quartus dampnatorum
Celum est deus
ut in pso lxxii° / Posuerunt in
celum os suum i blasphemant
deum / Celum est ut in pso c[..]°
Celum celi domino i xpus est filius vnus
ad honorem dei / Celi apostoli ut
in pso xviii° Celi enarrant gloriam
dei i summi predicatores annunciant
gloriam xpi Item iob xxvi° Spiritus
eius ornavit celos quia spiritus sancti
eius docuit apostolos omnem veritatem
Celum celi i maximi doctores
qui a solo deo docentur vnde salomon
qui fuit discipulus vnius noctis et vnius
hore / Et paulus qui per eundem et
david pso lxxxiiii / qui dicebat
Audiam quid loquatur in me dominus
deus non dixit in sed nunc i in
corde et hoc modo sunt per inspirationem
edocti sunt Celum beatitudo celeste
ut ysaie xiiii° / Quomodo cecidisti lucifer
de celo i de beatitudine celesti Celum
intellectus apostolorum ut iob xi° Excel-
sior celo est quia deus intellectum an-
gelorum excedit Celum superiorum spi-
rituum sanctus ut in pso cxviii°
In eternum domine verbum tuum permanet in
celo / quia cadente dyabolo superiorum
spiritum cetus sine defectu dominum ubi
obedienciam custodit Celi dur-
colantes in scientia i sacre scripture
scientia vnde pso cxliii° / Domine
descende inclina celos tuos et de-
scende Item pso ciii° / Extendens

celos super pennas ventorum quia sacra scriptura mortalibus aperitur. Item Ysa. xxxiiii^o Complicabuntur celi sicut liber. Item ps. Cxlvi^o Qui operit celum nubibus i. sacram scripturam figuris et misteriis. Vel ideo lex dicitur celum quia in celo sunt luminaria fixa i. sancti in lege dei i. in sacra scriptura meditantes ne terrena munera querant. Celi dicuntur veritatis eloquia scilicet apostoli sive predicatores. Unde in ps. xviii^o Celi enarrant gloriam dei i. sancti predicatores annunciant gloriam christi. Celi angeli sive eorum ministeria. Unde ps. x^o Dominus in celo sedes eius. Item ps. cxviii^o In eternum domine verbum tuum permanet in celo i. in angelis sive ecclesia scilicet in bonis quia non in terra scilicet in malis. Item ps. lxvii^o Celi distillaverunt a facie dei quia mandata dei ad nos angeli detulerunt. Celi spirituales multipliciter accipiuntur quinque. Unde primo sive celsitudo dei unde ps. xviii^o A summo celo egressio eius. Secundo dei filius unde ps. Cxiii^o Celum celi domino i. christus est domino i. ad honorem domini. Tertio angeli apostoli et doctores ut dicit ... diligenter considerantes septem celos theologia possumus invenire. Primum celum dicitur aereum unde ps. ... volucres celi. Secundum ethereum ait ... viii^o. Tertium sydereum unde Dan. iii^o Stelle celi. Quartum aqueum sive cristallinum. Quintum igneum sive empireum quod statim ut factum est sanctis angelis est repletum. Et dicitur empireum i. igneum a splendore. Pir enim grece ignis dicitur latine. De hoc celo dicitur Factum est silencium in celo Apoc. viii^o. Item ps. Cxiii^o Celum celi domino i. celum empireum dedit domino i. christo secundum quod homo. Terram autem dedit filiis hominum ut in ea se exercerent [right margin: puri] [left margin: ficarent] quia non mortui laudabunt te domine. Unde cum illud quod hic celum quidam vocant supercelum ubi est vel sedes super Gen. Augustinus scilicet In principio deus creavit celum et etiam secundum ... septimum

theorica. Sextum celum dicitur equitatis scilicet serenitatis. Tertium claritatis. Quartum candoris. Quintum splendoris. Sextum trinum ierarchiarum. Septimum trinum personarum. Celum medium est christus qui est mediator dei et hominum. Unde ps. lii^o De celo respexit deus. Celum supremum celsitas patris unde ps. xviii^o A summo celo egressio eius. Item Ysa. xiiii^o De lucifero Ascendam in celum et ero similis altissimo. Ibi celum vocat dei celsitudinem ut legitur in sententiis. Cum scilicet celsitudinem dei parasitaria volebat et est hec ascensio in celum i. ad celsitudinem dei. Celum sancta ecclesia ut Gen. i^o Fiant luminaria in firmamento celi i. sint viri spirituales in fortitudine ecclesie. Celum aer iste ut ait ... vi^o Respicite volatilia celi i. volucres que volant in aere. Celum mundus iste ut in Apoc. xii^o Signum magnum apparuit in celo i. ingens miraculum in mundo. Celum fidelis anima ut Apoc. viii^o Factum est silencium in celo et media hora quia contemplatione ... sit quies in anima. Celum sanctitas vite ut Job xxxviii^o Celum de celo quis genuit quia post sublimem sanctitatem aliquis non nunquam in iniquitate induratur. Celi sapientiores ut in Cantico Deutro. xxxii^o Audite celi que loquar i. vos qui sapientes estis magna que dicturus sum auscultate. Celi spirituales quique ut ps. Cxxxv^o Qui fecit celos in intellectu quia sanctos suos non modo credere sed et intelligere divina facit. Celi sublimes contemplatores ut ps. Cvi Ascendunt usque ad celos i. usque ad summa contemplationum genera pertingunt.

Tenaculum sive tabernaculum est caro christi unde ps. xviii^o In sole posuit tabernaculum suum. Tenaculum sive tabernaculum est caro cuiuslibet hominis unde ii Cor. v^o apostolus ait Nos qui sumus in tabernaculo isto ingemiscimus gravati eo quod nolumus expoliari sed supervestiri. Tenaculum sive tabernaculum est ecclesia militans unde Exo. xxv Deus ad moysen ait Fac in tabernaculum ad instar illius

quod tibi in monte ostensum est Item ps°
lxxxvi° / Diligit dominus portas syon
super omnia tabernacula Jacob Quam-
libet sive tabernaculum est cena eucharistie a
vnde ps° lxxxiii° / Quam dilecta tab-
ernacula tua domine etc. Cenaculum quod f
facit nobis dei filius cristus est / primum in a
carne / secundum in cena / tertium in vita eterna
Primum fuit in virginis thalamo / secundum est
in mundo / tertium in celo / De primo le-
gimus angelum dixisse ad mariam luce i°
Spiritus sanctus superveniet in te etc. / De secundo f
Gen vi° dicitur / Ad noe loquens de arca de fa-
bricatione archae in figura ecclesie / De tertio
dicitur ps° xiiii° / Domine quis habitabit in
tabernaculo tuo etc. / In cenaculo admodum
Sunamitis posuit xpus mensam in celebratione
cene Mensam in cena posuit quando sub for- c
ma panis et vini corpus et sanguinem f
suum distribuit discipulis / De qua mensa dicit
apostolus i Cor x° / Non potestis communicare mense
domini xpi et demoniorum / sellam posuit in
passione / in passione in sellam sedit
quando in ligno usque ad mortem mortem autem
crucis se humiliavit Sic ps° cxxxviii°
dicitur / Tu cognovisti sessionem meam / lectum po-
suit in officio sepulture / Nam sabbato qui-
evit in sepulcro et in lecto / sicut ipse dicit ps°
ps° xv° ait Caro mea requiescet in spe /
Candelabrum posuit in resurrectione seu in
resurrectionis manifestatione / In cenaculo e
secundo posuit xpus mensam i sellam scriptam
De qua dicitur in ps° xlviii° / Fiat mensa a
eorum coram ipsis in laqueum / Sella est
in passionis sue imitatione Cristus enim
passus est pro nobis nobis relinquens exem-
plum / Ad hanc sellam invitat nos psalmografus e
cxxvi° / Surgite postquam sederitis i post
sessionem humilitatis i passionis / quia exalta-
tio sequitur humilitatem sive humiliationem / Le- b
ctum posuit in requie contemplationis
vnde ait xxiiii° / Duo erunt in lecto vnus
assumetur et alter relinquetur i bonus
assumitur ad gloriam / malus relinquitur ad
damnationem Candelabrum in luce bonorum operum
vnde ait v° / Sic luceat opera vestra coram
hominibus ut glorificetur etc. / In tertio cenaculo

posuit xpus mensam seu resurrectionem eternam
sicut ipse dixit luce xxii° / vt edatis et
bibatis super mensam meam etc. / Secundo posuit
mensam in meditatione paternam vii ait
xiiii° / vos qui secuti estis me etc. / Tertium
lectum seu requiem beatorum vnde luce xvi° in
parabola evangelica dicitur Et portari in
inventum sunt mobili Candelabrum po-
suit seu ipsum deum lucem clarum sicut dicitur
ps° xxvi° / Dominus illuminatio mea etc.
Domini erit ibi lucerna corporis ait xiii°
Ibi tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno
patris eorum / Cum ergo tot bona diriguntur
ad nos a fonte divine bonitatis / quid retri-
buam domino pro omnibus hiis que retribuit
in ps° cxv° vnde saltim parum
pro multiplici bono faciamus ei in nobis
tabernaculum sicut dicitur Can i° / Ubi cubet in
meridie hoc est ipsum templum de quo
dicit apostolus i Cor iii° / Templum dei sanctum
est quod estis vos / Hoc autem tabernaculum
est quod humana infirmitate parvum / parvum
enim debet esse in nostra reputatione / Quia
cum omnia bene fecerimus dicamus servi inutiles
sumus quod debuimus facere fecimus / In hoc
autem tabernaculo ponamus ei mensam seu
de quo datione nostra cuius resurrectionem in bono
rememoratis Cibus enim et resurrectio
dei est ut faciamus eius voluntatem sicut ipse
dixit meus cibus est ut faciam volun-
tatem patris mei qui in celis est Joh iiii°
Ponamus ei sellam i simus in sua imitatio-
nibus dei est aliud misericordia Ponamus ei lectum
ut simus humiles quia ipse dicit Ysai lxvi°
Super quem requiescet spiritus meus nisi super
humilem Ponamus ei candelabrum in luce
seu bonorum operum sicut in evangelio x° ait luce
xii / Sint lumbi vestri precincti etc. ut tam
tum longitudine ei paraverimus tabernaculum
per primum ipsi cenaculum ostendamus ad secundum
de secundo ad tertium / Et hoc est cenaculum
de quo Sunamitis dixit iiii Reg iiii° / viro
suo Animadverto quod vir dei sit iste qui transit
per nos frequenter / faciamus ei cenaculum
parvum et ponamus in eo mensam et sellam
et lectum et candelabrum / Sunamitis loquitur
viro suo de cristo ut faciat ei cena-
culum / Elizeus qui interpretatur salus dei
xpus est / Sunamitis que interpretatur coccinea
dicitur exprimit quia xpus de captivitate dyaboli

sanguine suo redemit. Elizeus ergo
venit ad Sunamitem sciens quod ex multis
modis venit ad eam. Per virum autem
legitur intellectus, ergo Sunamitis
consilio viri, id est quia fidelis intellectus
Elizeo id est Christo facit cenaculum per spiritualem
conversationem, parietem per humilitatem, et ponit
lectum per contemplationem, et mensam per scri-
pturarum lectionem, et scabellum per interioris
eruditionem, ponit in eo et candelabrum
veri luminis instinctum. Hec mulier Sunamitis
id est ecclesia, ut habetur iiii Regum iiii, iacuit
ad pedes Elizei pro resuscitatione filii quem
scilicet ecclesia habuit, oravit in patribus deum
pro redemptione generis humani. Dominus autem
per Moysen legem dedit, quia per puerum
virgam misit Elizeus, iiii Regum iiii, sed
puer per virgam terrorem legis mortuum
suscitare non potuit, quia lex ad perfectum
neminem duxit, Hebreos vii. Ipse veniens ad
cadaver sternitur ut iiii Regum iiii, quia
cum in forma dei esset se exinanivit formam
servi accipiens, quia ille quem virga su-
scitare non potuit per amorem spiritus pu-
er ad vitam redijt.

Circumcisio in quo primum instituta
fuerit hic videndum est, et quare,
et quid conferat, et quare muta-
ta sit tempore gratie succedente baptismo.
Abrahe primum commendata est, Genesis xvii,
ut sub lege mandati esset et sic probaretur
an completurus an non. Sic Adam man-
datum accepit ne de ligno manducaret
ad collationem obedientie, Genesis ii. Et
sic precepta fuit circumcisio Abrahe, Genesis
xvii, ita et semini eius id est hebreis et
eo nascentibus. Et fiebat octava die,
Genesis xvii, et Iosue v, et lapideo
cultro in carne preputii sic scriptum. Cir-
cumcisio namque de causis data fuit, primo
ut per obedientiam mandati deo placeret
Abraham cui per prevaricationem Adam
displicuerat. Secundo in signum magne
fidei Abrahe tradidit eum sic habitum
signum in quo benedicentur omnes gentes per
fidem, per quam specialis circumcisio adim-
pletur sic iustificatus est et ipse. Tertio ut
hoc signo discerneretur ab omni natione ille
populus. Quarto ut circumcisio facta in virili

membro per quod generatur creatura mortalis et
in quo libido solet dominari castitatem mentis
et corporis significandam et predicandam
credendam esse insinuaret. Quinto precepta fuit
quia non posset melius per Christum significari
tolli originale peccatum. Cum ipse nascens nullum con-
traxit quemadmodum in originali peccato
in carne preputii ideo circumcisa est fieri, quia
medio instituta est scilicet contra originale peccatum
quod a parentibus contrahimus vel contrahimus con-
cepti in concupiscentia quia in illa parte magna
dominatur libido. Et quia in illo membro ...
... inobedientie ... Cicatrix
quod in illo membro signum obedientie acceptum. Fie-
bat enim octavo die lapideo cultro quia post
septimam huius vite in octava etate que
erit resurgentium omnibus ab electis Christi pa-
ratam per Christum abstrahetur corruptio carnis
et spiritus qui liberabuntur a servitute corruptionis
a peccatis in patria. Et circumcisio ab omni corrup-
tione in futuro. Conferebat autem circumcisio pro
tempore custodita remissionem peccatorum sicut et nunc
baptismus. Dicit enim Gregorius quod apud nos
valet aqua baptismi, hoc egit apud ve-
teres vel pro parvulis sola fides vel pro maio-
ribus virtus sacrificii, vel pro his qui de
Abrahe stirpe prodierant misterium circumci-
sionis. Et Beda illud in Omeliis in aliis
verbis dicit, ex his auctoritatibus patet
per circumcisionem fieri peccatorum remissionem sicut
et per baptismum. Cur ergo mutata est per
baptismum circumcisio ... quia sacramen-
tum baptismi perfectius est, quia magis gratie
cumulator enim circumcisio non poterat quia
magis gratie plenum. In circumcisione namque
peccata remittebantur sed non gratia ad bonum
operandum per eam prestabatur, nec virtutes
dabantur vel augebantur. In gratia vero
et peccata remittuntur et gratia cooperandi con-
fertur et virtutes augentur. Ideo iuste
apostolus ait, Romanos iiii, quod Abraham acce-
pit circumcisionem in signum. Circumcisio fiebat in
octava die in veteri lege, ad ostendendum
quod in octava die removebuntur omnes a
electis vetustatis culpe et pene. Et non
quod non tantum se vel filium circumcidit sed et totam
familiam suam sic habetur Genesis xvii.
Et intuitive non solum hominibus sed inmun-
do non solum adulte sed parvulis et sugentibus

vbi al' venenum indixerunt ut deum inianuam
gessari possent. Sic et tu claude totam
familiam domus tue. i. singula membra cor- a
dis tui. Claude hostia domus tue ne
intret mors per fenestras. Inducque quale
venenum omnibus membris, claude te itaque
a viciis hoc est si ascendat prava cogitatio
in cor tuum. vii. Eccl. vi. habetur. Contere
eam sub pedibus tuis et allide parvulos tuos b
ad petram. et averte oculos tuos ne videant
vanitatem. Obtura aures tuas ne audiant
vocem incantantis vehementer. ps. lvii. prohi-
be linguam tuam a malo et labia tua b
ne loquantur dolum ps. xxxiii. In chamo
et freno maxillas eorum constringe, ne re-
quiescat in te crapula vel libido, prohibe lin-
guam tuam et. quia mors et vita in ma-
nibus lingue. pro. xviii. Sint lumbi
vestri precincti in fortitudine. luce xii. In-
ice pedes in compedes sapientie. Eccli. vi. c
Si videbas furem ne curras cum eo et cum
adulteris porcionem ne ponas. ps. xlix.
In manibus quoque munda est cunctis. Si quis
gloriatur de munditia membrorum dicens non
effudi sanguinem non tractavi rem alie- c
nam. [illegible] deo. ysaie xxxiii. Excussi
manus meas ab omni munere et huiusmodi
patet quod non sufficit sed hoc tantum ne ex-
hilaretur cor suum et munda fiat membra.

Cirografum est
Cedula decreti a deo data. Eva in quacumque
die comederitis ex eo morte mo-
riemini. Gen. ii. Decretum est dei de ligno
scientie boni et mali ne comederet. Ci- b
rographum est pactum [illegible] crucis [illegible] qui
xpistus nos redemit. Cirographum est me-
moria [illegible] omnis [illegible] de
quo [illegible] cirographo decreti dei i. apostolus
ad col. ii. [illegible] Cirographum quod con-
tra nos erat i. sententia decreti

Civitas est bonorum vii. ps. lxxxi. d
Ierusalem que edificatur ut civitas.
Civitas est beatorum vii. ad hebre-
os xi. Expectabat abraham futu-
ram illam cuius civitatis conditor est deus
et artifex. Civitas est malorum vii
Osee xi. Ego deus et non homo et c
civitatem non ingredior. Civitas est [illegible]
celestis ut in ps. cxxi. Ierusalem que
edificatur ut civitas, quod vide illa celestis

ex multis in una pace vinctibus constituitur.
Civitas sancta ecclesia ut in Cant. iii. a
Circuibo civitatem per vicos et plateas
i. [illegible] ecclesiam per religio-
sos et seculares. Civitas virgo ma-
ria ut ps. lxxxvi. gloriosa dicta
sunt de te civitas dei, quod de sancta
maria admiranda dicuntur. Civitas
humana [illegible] ut Iob xxxix. b
Contempnit multitudinem civitatis i.
abhominabitur multiplicitatem [illegible]
[illegible] Civitas anima sancta ut Math.
v. Non potest civitas abscondi supra b
montem posita, quia non potest occultari
[illegible] eminencia sanctitatis sita. Ci-
vitas [illegible] ut ps. xlv. Flu-
minis impetus letificat civitatem dei
i. fecunditas sancti spiritus exhilarat ecclesiam
gentilem. Civitas plebs iudaica
ut Ysaie i. Quomodo facta est meretrix
civitas fidelis plena iudicii. Iam
plebs iudaica que quondam sancta fuit
per infidelitatem sortem a deo recessit.
Civitas mundus iste ut in Prover.
xxi. Civitatem fortium ascendit
sapiens. i. mundum istum vincet christus.
Civitas cor viri sancti ut in ps. a
lxxii. In civitate tua ymagines
ipsorum ad nichilum rediges. i. in corde
viri sancti in quo habitas [illegible]
sunt ymagines demonum destruis.
Civitas corpus hominis ut Iob xxiv.
Civitatem illorum succendit igni. i. corpus b
eorum affliget pena. Civitas in-
fernus ut ps. lix. Quis deducet
me in civitatem munitam, quod deus
pater filium suum ad infernum descendere
fecit. Civitas quinque sensus corporis
ut in ewang. luce xix. Tu esto
super quinque civitates i. habe dominium
super quinque corporis sensus. Civitates
impii ut in ps. ix. Civitates eorum
destruxisti i. impios convertisti. Civi-
tates fideles ecclesie ut Iob xxiv.
De civitatibus fecerunt viros gemere
quia de [illegible] bonorum concordia [illegible]
[illegible] et de civitatibus viros gemere

factum. Civitates pravorum co-
ngregationes ut Job xv°. Habitavit in
civitatibus desolatis et in domibus
desertis que in tumulos sunt redacte.
Iudee civitates desolate sunt con-
gregationes prave; domus deserte con-
gregationes inique que deserte a domino
in tumulos rediguntur, quoniam dum
iniqui concupiscentiis sibi actibus coniunguntur
corruunt et a statu vite ceciderunt.
Civitates sunt rex officiales et
pueri plebis. Ecclesiastes x°. Ve homini malo
qui per civitatem intelligitur; rex
est diabolus, officiales mali et pedes
plebis tumultuose cogitaciones. Civi-
tas malorum incepit a Cain qui civita-
tem post peccatum edificavit, unde Gen. iiii°.
Numquid custos fratris mei sum ego? Ecce
anima fratri invidit, unde quare concidit
vultus tuus? Si iuste egeris recte
recipies, sin autem in foribus statim
peccatum aderit, quia in obstinacione
permansit et quia vagus factus est super
terram. Civitates refugii sunt tres:
penitencia, contricio, carnis afflictio, vite cele-
stis affectio ut infra in remedio.

Clamor est sanguinis
iuste occisorum ut in Job
xvi°. Neque inveniat in te locum
latendi clamor meus, quia Christi
sanguinem sancta ecclesia non abscondit.
Clamor desideriorum cinguli iusti ut
in psalmo C°. Clamor meus ad te
veniat, quia desiderium iusti exaudi-
vit deus. Clamor cupiditatis pra-
vorum ut Gen. xviii°. Clamor Sodo-
morum venit coram me, quia importune
tumultuat in auribus meis cupiditas
reproborum. Clamor violenta temptacio
dyaboli ut in Job xxxix°. Clamorem
exactoris non audit, quia vir sanctus
violentis temptacionibus dyaboli non
consentit. Clamat Christus docens, unde
Luce viii°. Hec dicens clamabat: qui
habet aures audiendi audiat. Clama-
vit lugens, unde Joh. xi°. Lazare veni
foras. Clamavit moriens, unde Ebre. v°.
In diebus carnis sue preces supplicationes

que fudit ad deum qui posset illum a morte
liberare. Primus clamor fuit ad dominum
tuum, secundus ad proximum, tercius ad remedium.
Clama confitere, precepit tibi dominus deus.
Ysaie lviii°. Clama ne cesses etc. ut
in predicacione. Nota quod clamat peccator tribus
modis, scilicet corde dum consentit et delectatur
scienter in peccato, unde psalmo lxxii°. Cogita-
verunt et locuti sunt nequitiam. Cla-
mat ore, unde Ysaie iii°. Peccatum suum sicut
Sodoma predicaverunt. Clamat opere,
unde psalmo xxxi°. Quoniam tacui inveterave-
runt omnia ossa mea. Clamor est
oracio ad deum, unde psalmo Cxix°. Ad dominum
cum tribularer clamavi. Clamor est evi-
dencia facti ut Gen. iiii°. Vox sangu-
inis fratris tui clamat ad me. Item
evidencia perpetrati facinoris pondus
est clamoris. Clamor est sancta predicacio
ut Ysaie lviii° et xl° capitulo. Clama
ne cesses; exalta in fortitudine vocem
tuam. Clamor bone operacionis ut Luce
xix°. Si hii tacuerint lapides clamabunt,
quia scilicet in passione domini confessi sunt, ne
lapides id est lapidei homines scilicet lapidea cor-
da. Clamores sunt male operaciones,
unde Gen. xviii°. Clamor Sodomorum
venit coram me. Clamor est caritas
ut Matth. v°. Cum facis elemosinam noli
tuba canere ante te. Clamor quoque
interior cordis confirmat ut legitur Exo.
xiiii° de Moyse et Susanna utrique
audiebantur, unde Dan. xiii°. Clama ne
cesses utrique cordis integritate ut psalmo
Cxviii°. Clamavi in toto corde meo.

Cinis est humilitas.
ut Job xlii°. Ideo in cinerem
reverteretur, id est in humilitate se deprimit.
Cinis est humilitas condicionis humane humili-
tatis infirmitas, unde ut Gen. iii°. Me-
mento homo quia cinis es et in cine-
rem reverteris, quasi diceret homo hec quod
scriptum est Eccli. x°. Quid superbis terra et
cinis? Quid est caro nisi cinis? Induatur
purpura vel bysso vel quocumque serico,
non tamen caro aliud est nisi cinis. Ideo
dicitur Gen. ubi supra: Memento homo

qz tunc eis ee Et prius respondet a
quarti / quid sum / quid feci enim quod
erat, sicut video flamma / vas stercorum / esca
vermium Quintus prima ut Job xvi°
Operam circumdedit carnem meam i. per pe-
nitenciam delevi carnalia peccata mea c
Item cinis est prima / quia cinis et
cilicium sunt arma penitencium
Quintus fit de sarmento qz apparet
sic et viti et xpianos sarmenta sunt a
quia quamdiu sunt in vite omnia lig-
na superant bonitate / de vite abscisa sunt
omnium vilissima et incendio apta Quintus c
e defectus ut Job xiii° Memoria vestra
comparabitur cineri i. memoria vestra deficiet e
Quintus corrupcio mortalitatis ut Job
xlii° Et ago penitenciam in favilla et ci-
nere i. in recordacione mee corrupcionis
et mortalitatis mee / ago penitenciam Quin- f
tus peccatorum ut psalmo Cl° Cinerem tamquam
panem manducabam / quia dixit ibi b
peccatorem sed penitentem sic iustus incor-
porat Quintus cineres consuetudo passionis
dominice ut Eccl xxxviii° Colebat ad
suscipiendos cineres i. corda ad retinen- b
dam memoriam dominice passionis Quin-
tus effectus operum ut Levitici vi° Tol-
let cineres quos vorax ignis consumpsit
quia amor ardens consumavit

Quibus xl ut Job vii° Operam certa
qui permanet in vita i. comite so-
ciali active xpiani qui vivunt mul-
tum Quibus est mundi delectacio ut Job
vi° Operam non cibum qui portat vio-
lente anime mundi cogitaciones que deficit
Quibus est divine voluntatis admixtio d
de quo dicit xpus Johannis iiii° Meus
cibus est ut faciam voluntatem patris
qui in celis est Quibus est auc in
xpo scilicet contemplacio delectis a quo incipit
ieiunavit xpc ut in psalmo xv° Pro- b c
videbam dominum in conspectu meo semper et
Quibus est sacra scriptura ut ab eo
ieiunavit vii Mt iiii° Non in b
solo pane vivit homo Quibus est
humana compassio / a quo ieiunavit xpc a
in passione / quia nullus ibi preter unum
latronem sibi compatitur de quo dicitur
psalmo lxviii° Et operui in ieiunio ani-
mam meam Quibus est corporalis a quo

ieiunavit xpc vii Mt iiii° Cum ieiu-
nasset xl diebus et xl noctibus Qui-
bus est incipiencium in prima psalmo
xli° Fuerunt michi lacrime mee pa-
nes die ac nocte Quibus est profi-
ciencium eucharistia ut i Cor xi°
Probet autem seipsum homo et sic de pa-
ne illo edat et de calice bibat Ter-
tius est perficiencium parata scriptura
vii psalmo xxii° Sed ista ad mensam
dimittatur facto quam illa oz te parare Qui-
bus est pervenientium in eterna refectione
ut Luce xxii° ut edatis et bibatis super
mensam meam Quibus est possessio
ypocritarum ut Job xx° Non remane-
bit de cibo eius / quia possessio ypocri-
tarum deficit / sic Quibus vite quo
ut i Cor v° Cum huius nec cibum
sumere i. nullam communionem habere Quibus
doctrine ut in parabolis xxiii° Ne
desideres de cibis eius in quo est
panis mendacii i. de doctrinis eius
in quo est falsitas Quibus interne
consolacionis ut Job vi° Que prius no-
lebat tangere anima mea nunc pre angu-
stia cibi mei sunt i. que plus cogi-
tare non dignabar modo in spiritu
consolaciones sunt

Electores alii sunt subditi alii
prelati Boni subditi sunt qui
deserviunt deo in misteriis eccle-
sie pro eterna remuneracione contenti
decimis et primiciis et oblacionibus
ut altari servientes de altari vivant
i Cor ix° Mali subditi sunt qui que-
stum putant pietatem qui domum
dei faciunt domum negociacionis / vel et
de patrimonio crucifixi i. suas explent
voluntates / hec habentur i Thim vi°
et Joh ii° Boni prelati sunt qui sub-
ditos suos bene instruunt verbis et exemplo
i Petri v° Facti forma gregis ex ani-
mo Mali qui plus appetunt preesse quam
prodesse ut Mt xxiii° Amantes
primos recubitus in cenis salutaci-
ones in foro Electores scolarium
alii sunt doctores alii auditores
Item doctores alii sunt boni alii mali
Similiter auditores alii sunt boni alii mali

Boni doctores sunt qui verbum dicunt
amore veritatis et ob virtutes re-
torquent ad aspectum Levitici i° c.
quod docent ore opere complent ma-
li sunt doctores qui verbum dei adul-
terantes ii Cor ii° causa terreni
emolumenti vel inanis glorie do-
cent / amantes primas cathedras et
vocari ab omnibus rabi Mat xxiii°
Tales enim magis dictores quam docto-
res sunt / dicunt enim et non faciunt
Boni auditores sunt qui verbum dei
audiunt ut intelligant et quod intel-
ligunt opere compleant / et alios edifi-
cant instruunt iuxta illud Prov. x° doce-
bo iniquos vias tuas Mali audi-
tores sunt qui verbum dei discunt ca-
piditatis iactantie / qui potius volunt
videri scioli quam boni esse / et plus dili-
gunt audire quam facere / non attendentes
Rom. ii° non auditores legis iustificabuntur
sed factores apud deum ut ait apostolus
Ro ii° &c.

Cogitatio alia est bona qua sola
multi salvantur / alia mala
qua multi dampnantur / Sola
enim cogitatione vel delectatione
cogitatores que per voluntate ponitur homo
vel salvatur vel dampnatur / un apostolus Ro ii°
loquitur de die iudicii / Sicut qui osten-
dunt opus legis scriptum in cordibus suis
testimonium reddente illis conscientia eorum / et
inter se invicem cogitationum accusa-
tium aut etiam defendentium in die illa cum
iudicabit deus occulta hominum secundum
evangelium meum per Christum Iesum dominum nostrum
Et est sensus / qui ostendunt opus etc.
i. qui ostendunt indicium operum operis legis
scriptum in cordibus suis i. memoriam boni
cogitationum eorum / gentes ponitur pro ablativo
more greco / quia ablativis carent / sicut dicit
glossa / Sciendum quod in illa die cogitationes
accusabunt aias vel defendent / non illas
cogitationes que tunc erunt / sed iste
que sunt in nobis

Comedere est vexare ut in psalmo lxviii°
misit in eos cinifes et comederunt
eos i. vexavit eos Comedere est
discere ut in parabolis / Comede fili mel
i. disce sapientiam Comedere est implere
ut in psalmo ci° / oblitus sum comedere pa-
nem meum i. neglexi divinum mandatum
Comedere est detrahere ad Gal v° / si
invicem mordetis et comeditis i. si invicem
detrahitis Comedit pue manducat
quosdam etiam vii Act x° / dictum est
Petro / macta et manduca / Quosdam de-
vii Ang ii° dictum fuit a deo / cresce et
manducabis me / quia cibus sum gran-
dium Quosdam dyabolus vii psalmo Exsurge
forte vivos deglutisset nos Nota quatuor
sunt que in cibo vel comestione sunt obser-
vanda sunt / Tempus scilicet non prius
matura hora / modus ut sumatur cibus
cum moderatione non nimis avide / qua-
litas ut non sint cibi nimium exquisiti
vel nimium pretiosi / quantitas ut non sint
in magna quantitate / vii Prov. / Qui
ter plenus vino dormitat cito in liber-
dinem / Item non est comedere ante esuri-
em quod illicitum / usque exuriem licitum / post esu-
riem meritorium / post satietatem superflu-
um sequitur

Columpna est divinitas Christi ut Exo.
xiii° / Columpna ignis per noctem
ipsum per noctem / quia Christus in terrore
terrore divinitatis sue tenebrosum ipsum
indocte rexit Columpna humanitas Christi
ut Exo xxxiii° Columpna nubis pre-
fuit ipso per diem / quia Christus ipso gentili-
um humanitate sua nubis apparuit / quia
per fidem lucidus fuit Columpne quatuor
Christus ipse quatuor ipse doctorem vii psalmo xl°
iiii° / speciosus forma pre filiis hominum
ipse altitudinem Ioh iii° / erat de terra
est / de terra loquitur / qui de celo venit
super omnes est ipse ducatum vii psalmo
i° / omnia quecumque faciet prosperabuntur / et
apud salomonem / recta via et actibus
eius ductio Columpna humilis predica-
tio Christi ut in psalmo xcviii° / In colum-
na nubis loquebatur ad eos i. in predicatio-
ne humilitatis erudivit eos Colump-
na sancti angeli ut Iob xxvi° Colum-
ne celi contremescunt ad nutum eius
quia maiestatem eius laudant angeli
adorant dominationes tremunt potestates Co-
lumpne apostoli ut ad Gal ii° / Iacobus et
Cephas qui videbantur esse columpne ecclesie
quia illi et ceteri apostoli ecclesiam sustentant

Columpne predicatores. Exodi xxvi°
faties columpnas et cetera. In tocius barbe
i. conatus predicatores sanctos qui utrumque
testamentum intelligentes prophetarum dicta
imitantur. Columpne actiones Christi
ut Canticorum v°. Crura illius columpne mar-
moree, quia actiones Christi et vere sunt
et fortes. Columpne sacre scripture
ut Canticorum iii°. Columpnas eius fecit ar- a
genteas, quia scripturas in sancta ecclesia
fecit in vero pacificus et in intellectu
claras. Columpne rectitudo fidei ut
iii Regum vii°. Statuit duas columpnas g
in introitu templi, quia celestis patrie
introitum introire nequimus nisi recte
credamus et sancte vivamus. Columpne
interne virtutes mentis ut Proverbiorum ix°.
Ergo confirmavi columpnas eius, id est ego co- b
roboravi internas virtutes eius. Columpne
principes iudeorum ut Job xxvi°. Commovet-
tur de loco suo et columpne eius contre- d.
miscunt, quia iudea abiecta est et princi-
pes eius desolati sunt. Columpna vir
sanctus ut Apocalypsis iii°. Qui vicerit
faciam illum columpnam in templo c
dei mei, quia quisque in dei opere recta
intentione firmatur, quia columpna in-
tima fabrice spiritualis erigitur. Colump- e
ne dicuntur quoque lucerne, septem candel-
labra Apocalypsis i°. Septem stelle Apocalypsis
xvi°. Septem occuli Apocalypsis v°. Colump-
ne sunt septem que dicuntur in ecclesia.
Prima est beata Maria, secunda angeli,
tercia patriarche et prophete, quarta apostoli f
quinta martires, sexta confessores, sep-
tima virgines.

Conceptio est seminum ut cum vir
accedit ad mulierem et dicitur
conceptio quasi simul captio. Con-
ceptio est naturarum cum infunditur
anima corpori in xlvi° die. Et quia tra-
hit peccatum originale a carne corrup-
ta sequitur

Continens est carnalis qui vir b.
abstinere non potest quod est mor-
tale peccatum nisi per bona quin-
que excipiatur set est veniale. Conti-
nentis est impetuosus actus qui fit in
loco sacro vel cum menstruata pacitur
mulier et tunc est mortale. Conubi-
tus est coniugalis bonum cum sit tamen
causa procreandi sobolis et tunc
est actus meritorius, et tunc est
bonus, set alius semper malus, unde
omnis concubitus preter legittimum comparatur
fornicationi. Unde apostolus Hebreorum xiii°. For-
nicatores et adulteros iudicabit deus.

Commutatio.
Prime commutatio est de malo in
bonum que est mutatio dextere
excelsi ut Ysaie xl°. Beati qui mutat
fortitudinem et assumunt pennas et
acquirunt. Commutatio est de bono in
melius ut dicitur: tendentes de fide
in fidem. Item Proverbiorum xxxiii°. Ibunt
de virtute in virtutem. Contra Johannis i°. Gra-
tiam pro gratia, id est vita eterna dabitur pro virtuti-
bus scilicet gratuitis scilicet fide spe et caritate.
Commutatio est de meliori in optim-
um in beatitudinem ut Job xiiii°. Cunctis
diebus quibus nunc milito.

Concupiscentia est quoque bona ut in libro
Sapientie vi°. Concupiscentia sapientie
deducet ad regnum perpetuum.
Concupiscentia quoque est mala ut Johannis
ii° prima canonica. Concupiscentia carnis et
concupiscentia oculorum. Concupiscentia est desiderium,
set non omnis, quia et concupiscentia
est rerum que habentur et rerum que non
habentur, possidendarum absentium in
hac vita.

Confessio est laudis ut Matthei xi°.
Confitebor tibi pater celi et terre.
Confessio est peccati ut in Proverbiorum xxxii°.
Confitebor adversum me iniusticiam
meam domino. Et nota quod Christus confessor
peccati et laudis tribus iuda pre aliis
meruit regem, et sic patet quod utra-
que tam in novo quam in veteri testamento
commendatur confessio. Nota confessio peccati etiam
in veteri testamento reperitur ut Numeri
v°. Vir sive mulier cum fecerint ex
omnibus peccatis que solent hominibus accide-
re et per negligentiam transgressi fuerint man-
datum domini atque deliquerint confitebuntur.

3. fcrna

pctm suum Confessio est cordis scz co
tricionis ad dolorem vn psalmo x Co
fitebor tibi dne in toto corde meo et
Deutronomii lxo effundite coram illo corda
vra. s. prauas cogitaciones confitendo pcta
sperando bona / desperando veniam / plo
rando Magdalenam / per lacrimas cum cor
dis effunditur deus adiutor nr in eternum
Quod ergo timor et contricio debet duo
habet / dolorem de pcto / quia pctatur
propositum de futuro et delectos non pec
cabit / Contricio dz fieri de rebus de ma
lo ope / de malo sermone de malavolu
tate Sicut oris confessio et satisfactio
pro eisdem rebus Contricio supplet
vicem baptismi ut ait auctas / ut
si quis conuertatur et velit baptizari et
non possit contricione placatur deus / vnde
psalmo lo Cor contritum et humiliatum deus
non despicies / Et sicut in ore et clamo
sua / Contricio enim compunctio qd ferire est
est utilis et valde / vnde Augustinus qui
non habet compunctionem non habet munda oracionem
Item thezaurus est bona compunctio in
enarrabile gaudium est in aia hominis
Beatus magis qui habet compunctionem secundum deum
Compunctio sanitas est aie Compunctio
peccatorum remissio est / Compunctio spm sanctum
reducat ad se / compunctio virginitatem
dei filium habitare facit in se Alibi dicitur
Vbi lacrime habundant ibi cogitaciones
sordide non opprimat Confessio oris
est ad confusionem seu erubescenciam / vnde Jacobi
vo Confitemini alterutrum pcta vra
Confiteri enim debemus nec erubescere quare
erubescamus confiteri quod fuit non eru
bui Item quare erubescis confiteri quod
deus cognoscat Notum est deo in pectus
se qui me pt enim latere Secundo nega
stio / quia omnia cuilibet patebunt in iudicio
Confessio operis est ad satisfactionem ut
psalmo m / Sanctitate sufficienti instare
Et in hiis rebus consistit pnia / Vnde
Damascenus / Antiquus sicut sedit et libri
apti sunt. i. in nuncio singlorum conscie
patebunt Confessio oris est nota vnde

Deutronomii xliiiio / Sinai / Dic tu iniquitates tu
as ut iustificeris Item Jeronimo / Quare
aut sit confessio ad salutem vnde Ambrosius
in libro de paradyso / Non pt quisquam iusti
ficari a pcto nisi fuerit confessus pctm
ante Item in sermone xlo / Ecce nunc
tempus acceptabile Aliquid est in quo confes
sio aiam a morte liberat Confessio
aperit paradysum confessio spem salutis
tribuit Item Augustinus Confessio malorum
hominum est vitium bonorum Item Ambrosius
Amplius de desperata aia letatur deus
et iam quasi / quis de ea que nunquam perti
tit pdita / Exemplo cum rebus pdita confert
tanto magis inventa letificat / Item
qui confitetur pctm suum et accusat eum
cum deo facit pactum Ysidorus est Co
fessio iustificat confessio pcti veniam dat
Item omnis spes in confessione consistit Co
fessio precedit remissionem vnde dauid psalmo
xxxio Dixi confitebor aduersum me. i. de
liberaui apud me et remisisti non
tm pctm sed etiam impietatem peccati
. i. quod non proposui penitere habet et dicit quod
proposui tacere aliquid / et clamare meruit
De hac confessione dicitur in hoc psalmo xcv
Confessio et pulcritudo in conspectu eius Item
De confessione oris dicitur quod quidam iniquus
pctor venit vbi erat demoniacus famo
sus et statim demoniacus cepit per ordi
nem narrare omnia pcta illius / fornic
aciones adulteria modos loca tempora pec
catores vos proximi erubescencia con
fusus recessit / et incepit confiteri deu
sus est post confessionem et dixit illi demo
niacus / ignoro te et ea que prius scie
bam de te / et si sapiem nec iam nescio
dicere Item dicitur ad nauis quedam
periclitaretur et omnes timerent naufra
gium / quidam currit per nauem confitendo
pcta sua coram omnibus et statim sedata
tempestate omnes obliti sunt eius que
dixerat Item de confessione oris legitur
in Vitis patrum Exemplo pluribus quibus confitetur
tanto facilius ei ignoscitur / Sz nos quidam
se excusat se Ecce magnum sicut do
minus hominem talem ex peccatis possit

et no potuit qui vino no posset / qd
inclig esset homo no posset qui psse
Sed ubi no pt esse peccatum ibi no pt
esse meritum Sed sup epistolam pauli
ubi queritur / quare deus hoiem talem
fecerat / solvitur sic a sctis Si deus b
dicit homo no intelligit Item in
Gen ubi queritur / quare permisit deus a
hoiem temptari vel peccare cu sciret b
eum lapsurum / quod sic scti solvunt
Item dicunt scti Si querat quare vo-
luit) insipida est questio querens cau- a
sam dive voluntatis Confessio impeditur
per timorem vn Mt xxvi°. In petro e
apparuit cum dixit / no novi hoiem
Confessionem laudibus tacent aliqui pre-
tia / per pigritiam Ysa lvi°. Ca-
nes muti no valentes latrare / per
ignorantiam vn ps lxxxi°. Nescie- e
runt neqz intellexerunt / per cau-
telam constantiam vn ps cvi°. Om-
nis iniquitas opilavit os suum / Confitetur a
temere infidelis / quia quo invocabunt
in quem no crediderunt Confitetur
temere fidelis manens in criminali pcto d
vn ps xlix°. peccatori autem dixit
deus etc / Confitebuntur per intelle-
ctualia dilectionem vn Ysa xxxi°. D-
ixit deus cuius ignis e in syon
et caminus in iherusalem Confitebuntur c
per intellectualia / quia tunc videbimus
deum facie ad faciem .j. Cor. xiii°. e
Confitebuntur per memoriam / qz mel ha-
bemus in memoria tunc preter deum vn
.j. Cor. xv°. Erit deus oia in oibus
Confitetur temere qui pro tempora- g
libus deo servit vn ps xlviii°. Con-
fitebitur tibi cum bn feceris ei Nota
q est confessio aculeata vn Gen xiv°.
[illegible] quod dedisti mi dedit mi et came-
di Est confessio cauteriata vel dapno- b
sa vel desperans vel desperata ut confessio
Cayn dicentis / maior e iniquitas mea
etc Est et diminuta / qu qs peccato-
re pctis confitetur / et ptem dimittit

vn Jacob. Dicitur qd pdest q si tota civitas
custodiat et unum foramen relinquatur quod
intrat hostis relinquatur / Item no
q est confessio ficta aut simulata i-
nsidiosa / superba pija vel devota / fi-
cta vn Mt xv°. populus hic me labiis
honorat / Insidiosa ut illa scribarum
et phariseorum Mt xxii. Magister scimus
quia verax es Superba ut pharisei
dicentis Luc xviii°. Deus gratias ago
tibi etc / Hijs superdictis pena confessio
pija vel devota ut publicani dicentis
Luc xviii°. deus propicius esto michi
peccatori

Confringit deus in bono vn
Deut xxxii°. ego occidam
et ego vivere faciam Confrin-
git deus pena temporali vn ps
xvii°. Confringam illos nec poterunt
stare Confringit deus pena eter-
na vn Jer xvii°. duplici contritione
contere eos

Confusio e eterne quam habuit
xpus vn Mt xxvi°. Tristis
est anima mea usqz ad mortem
Confusio est gratie qua no habuit
[illegible] vn Jer xvii°. Confundantur
qui me persequuntur et no confundar ego
Confusio est erubescentie / qu
cum erubescit ho ex hijs que
sibi false imponuntur Confusio e
pene de qua psalmus Ecci vii°. Est
confusio adducens gloriam / et hec e bo-
na Confusio e mala ut Eccli iiii°.
Est confusio adducens peccatum Confu-
sio e dapnationis eterne vn ps xxx-
iii°. Confundantur omnes iniqua agen-
tes / Item Job x°. ubi nullus ordo
sed sempiternus horror inhabitat. etc

Congregatio e
malorum / alia e bonorum alia
beatorum / prima ad mortem
secunda ad vitam / tertia in vita prima
confudit deus per dictas Gen xi°. ve-
nite et confundamus ibi linguas eorum
Item ps lxvii°. Congregatio thau-
rorum in vaccis populorum Secundam illu-
stravit spiritus sanctus in die pentecostes

qu̅ apparuit illis dispertite lingue
tanquam ignis actuum ij. de hac di-
citur act. xviij. vbi duo vel tres con-
gregati fuerit in nomine meo etc. Ista-
tiam facit filius cum sederit in sede
maiestatis sue. de hac dicitur ps. cx.
Confitebor tibi domine in toto corde
meo in consilio iustorum etc. Congre-
gacio sacerdotum et ebus de cautis insti-
tuta fuit ut infra in sacerdotes. C
ongregatur boni in caritate vnde
act. iiij. multitudinis credencium erat
cor vnum et anima vna. Congregacio
in sacrificiorum preparacione. vij. act.
xx. sinat dominus eundem denarium
habebunt.

Coniugium dei est ut ait Ieron.
in ozee. hoc est domini inter co-
niugium dei et hominum quod
deus coniungitur de non virginibus facit
virgines. Sed cum homines iunguntur virgini-
bus virgines faciunt non virgines. Co-
niugium hominis est legitima legitima
rum personarum ex consensu iunctio
coniugii bona tria sunt ut ait augus.
super epistolam pauli. i. cor. vij. Bo-
num est homini mulierem non tangere
fides. scilicet ut ille cum alia et illa cum
alio non coeat. proles ut religio-
se educetur. Sacramentum ne coniugium
separetur. Est autem separacio gemina scilicet cor-
poralis et spiritualis. Corporaliter
non debet separari nisi ex communi consensu
quod interdum fit causa religionis.
Spiritualiter autem separare nequeunt
se dum viuunt plene. sunt persone
legitime. Constat autem bonum esse
esse coniugium. quod quidam negant nup-
cias dei tria detestantes quas xc. Iohis.
ij. christus suis nupciis interfuit et
eas miraculo quodam et hic eciam
per hoc apparet quod primum coniugium inter
primos parentes instituit. Apostolus
eciam. i. cor. vij. ait virgo non pec-
cat si nubat. Vero quia est coniugium

verum ratum et affirmatum. Iterum est co-
niugium initiatum ratum et affirmatum
consummatum est.

Consecracio
bona a sacerdote bono active
et passive. Consecracio est ma-
la a malo sacerdote. mala dico acti-
ue. peccat enim mortaliter agendo quod
quis in mortali est. sed bona est pas-
siue. Non enim a bono melior vel a
malo deterior fit. tamen sanctificatio dei.

Consensus alius est occultus a-
lius est manifestus. Occultus
si per verba de presenti factum
fuerit coniugium. Si vero non fuerit te-
stes ecclesia nullum cogit. Manifestus
est cum contra auctorem consistit. Con-
sentit prelatus subdito per negligen-
tiam. hic est primo corrigenda. secundo
excitandus. tercio deponendus. Consentit
per licenciam. hic est dampnandus ut
auctor eius. Consentit per coope-
racionem et hic est dampnandus plus quam
auctor. Hic theologus est distinctio
de talibus. Consentit quis cum desunt
obviare cum potest et debet ut ps. lxxx.
Excepite pauperem et egenum. et gl.
glo. Cum desunt obviare si potest con-
sentit. si et debet scilicet cum potest et
debet. Consentit quis per tacitur inta
tem corripiendum vnde ysaias lvj.
Canes muti non valentes latrare
et osee vj. ve in quia tacui. C
onsentit quis per cooperacionem vn-
de ps. x. laudatur peccator in desideriis
anime sue. Consentit quis ergo desi-
nendo. tacendo. operando. adulando.
Consentit qui arguere potest non
arguit ut super apostolum legitur. i. cor.
v. ibi expurgate vetus ferme-
tum. i. consensum vel peccatorum. Et
qui tacet affirmat. Consensus est
de futuro addito sacramento ut si quis
promittit vel iurat accipi accipi se
vsque ad tempus placitum ducturum et illa
similiter. Si vero post iuratum proposito

alter ul' utrq;

alt[er] vel utrq[ue] ad aliud t[ra]nsi[r]e · uerum
datur vel p[ri]ncipiu[m] p[ri]ma e[st] coniugi-
o[rum] / Et d[eu]s quiq[ue] fuerit / Plaq[ue]
si alter illor[um] decedit / Reliquus
ad [con]sanguineitatem et affines illius
accede[re] no[n] debet nec posset

Consiliu[m] est q[uo]d dat[ur] iustis ut
Mt. xix° Si vis p[er]fect[us] e[ss]e va-
de et vende o[mn]ia que habes et c[etera]
Consiliu[m] est q[uo]d dat[ur] a iustis vn[de]
Gen. xxvii° ait Rebecca Jacob / acq[ui]-
esce voci mee Et Salom[on] p[ro]v[er]b[iorum] viii°
Honora d[eu]m et valebis Consi-
liu[m] est q[uo]d inter iustos fit vn[de] p[salmo]
p[ri]mo / Non resurgunt impii neq[ue]
peccatores in consilio iustor[um] / Et ubi co[n]-
siliu[m] p[ri]me [illegible] manere a mori
no[n] debet respirare

Consolatio est mundi vana gl[or]ia
vn[de] Luce vi° dicit / Ve vobis diui-
tibus qui habetis consolatione[m] v[est]ram
s[e]c[u]li Consolatio est p[e]cc[at]i [illegible] vn[de]
p[salmo] C xviii° Hec me consolata est in
humilitate mea / hec in futuro no[n] erit
Consolatio est vere [con]tritionis vn[de] Mt.
v° Beati qui lugent q[uonia]m ipsi [con]solabu[n]-
tur Sequit[ur]

Consortiu[m] malor[um] vetat ad Thes-
sa[lonicenses] ii° dicens Rogamus vos ut
subtrahatis vos ab o[mn]i fr[atr]e
ambulante inordinate / Discedat ab
iniquitate o[mn]is qui nomen dei invo-
cat / Petrus Rav[ennas] ait Iustum atq[ue] valde in-
stum est separari ab eo qui no[n] vult [con]sum-
mari Greg[orius] ait valde laudabile est
bonum esse cu[m] bonis / Sed mult[um] est bonum
esse cu[m] malis Sic cu[m] [con]morib[us] culpe
est inter bonos no[n] esse bonum / Ita vald[e]
p[re]conii est bonu[m] esse inter malos ex[ti]-
tisse Ysidorus / Cum fueris co[n]sors
[illegible] bonor[um] et [illegible] et [illegible] coro-
[illegible] p[salmo] C° ait Superbo oculo
et insatiabili corde cu[m] hoc non edebam
Oculi mei ad fideles terre ut sedeat
mecum i[n] via immaculata / hic m[ihi] mi-
nistrabat / in altari / in i[n]c[e]pta i[n] domo

iniquitas ad misericordiam mea no[n] habi-
tabit in medio domus mee qui facit
s[uper]biam Et Eccl. ix° dicit Viri iusti sint
tibi conviue Et Pl[ato] [illegible] inquit Co[n]-
siderandu[m] est cum quib[us] comedas Sene-
ca ait / Decet inquit Plato habe[re] tales
conbibitarios qui timeant / Abraham Gen.
vii° familiam suam erudivit / Et Luce
x° dicit / Vade et tu fac similiter / p[ro] con-
gregatione et societate malor[um] dicit p[salmo]
xlix° Si videbas furem et c[etera] / In hoc
quilibet fidelis d[eu]m imitari debet ne
malos secum habeat nisi causa et p[ro]-
[illegible] / quos si incorrigibiles videt
saltem in priuata [illegible] p[ro]p[ter] [illegible]
[illegible] dimittat / et a se s[e]p[ar]et vt ap[os]t[olus]
Mt. v° dicit Si oculus tuus scandaliza-
uerit te et c[etera] / Et p[salmo] xlii° Iudica me
deus et discerne causam meam

Consummatio e[st] inchoantis s[e]c[undu]m caritas
vn[de] p[salmo] C xviii° O[mn]is consummationis
vidi finem Consummatio est
consummans s[e]c[undu]m [illegible] vn[de] Sap[ientie] iiii°
Consummatus in breui expleuit te[m]p[or]a mul-
ta Consummatio e[st] consummans s[ed] vita
eterna vn[de] Luce x° [illegible] bonam
et [illegible] et magnitudinem

Contaminat[ur] boni a consortio ma-
lor[um] vn[de] Eccl[esiastici] xiii° Qui tangit
picem inquinabitur ab ea Conta-
minatur boni quia ipsi mali sug-
gerunt ipsis bonis mala vn[de] p[salmo] x-
xxv° [illegible] peccatoris no[n] moueat
me Contaminat[ur] boni quia vi-
dent malos florere sic abutentes vn[de] p[salmo]
lxxii° Mei autem pene moti sunt pe-
des et c[etera]

Contemplatiuor[um] quidam in principio
laudabant / no[n] cum cessat laudare
qui no[n] cessat bene viuere vel bene
agere Et dicit de petro Mt. xxvi° Et
si oportuerit me mori tecum et c[etera] / Et
in medio laxant[ur] sic discipuli qui
p[re] timore dormitabant / quib[us] d[omin]us
dicebat Mt. xxvi° Orate ne intretis i[n]
temptationem [illegible] in fine penitus defi-
ciunt sic ap[os]t[o]li relicto d[omi]no fugerunt
Mt. xxvi° De quib[us] in p[salmo] lxviii°
Defecerunt oculi mei dum spero i[n] deum meum

Contemplatiuorum duo sunt species scilicet
scolarium et claustralium. Scolares enim
dicuntur contemplatiui quia semper sunt in studiis
et libris in quibus vita contemplatiua con-
sistit scilicet in oratione in meditatione in lectione
secundum illud cum oratur: Domine doce me. Sed
cum vacant lectioni et meditationi et
legunt in fame et siti et frigore et
meditate vitam tenuem agentes ut
sibi et aliis possint proficere. Conte- d
platiui sunt claustrales qui sunt co- b
mmunibus viris quorum sibi elegunt vitam a
Continentie tres sunt species
virginalis quam habent virgines. Coniuga- b
lis quam habent boni coniugati. Vi-
dualis quam habent bone vidue a
Conuiuium est malorum vnde Exodi xxxii.
Sedit populus manducare et bibere
et surrexerunt ludere. Conuiuium b
est bonorum vnde Hebreorum xiii. Habemus
altare de quo edere non habent potestatem qui
tabernaculo deseruiunt. Conuiuium est beatorum
vnde Luce xxii. ut edatis et bibatis super
mensam meam
Cor est anima tristis ut in psalmo x. Cor
meum conturbatum est, id est tristis est anima
mea usque ad mortem. Cor sapientia
Christi ut in psalmo xxi. Factum est cor meum
tanquam cera liquescens, id est sapientia mea me
a crucifixo manifestare. Cor ratio ut f
Canticorum v. Ego dormio et cor meum vigi-
lat, id est ab exterioribus corpore et interioribus
per contemplationem intendo in me. Cor
voluntas ut in psalmo liiii. Et appropinqua-
uit cor illius quia facta voluntatis da- g
in scripturis apparuit. Cor sublimis con-
templatio ut in psalmo lxiii. Accedat
homo ad cor altum, id est sublimem apprehendat c
contemplationem. Cor prelati ut Ysaie xl.
Loquimini ad cor Ierusalem, id est ad summos prelatos
ecclesie. Cor sacerdotis synagoge ut Iob
xii. Qui immutat cor principum terre quia
deus sacerdotes iudaicos propter amorem ma-
lo mutari permittit. Cor superbia hostis
Iob xli. Cor eius induratum est quasi lapis quia
dyabolus in sua superbia induratur. Cor
calliditas dyaboli ut Thobie vi. Ex
auctoritate habent piscis et cor cum biquone(?)

quia deus et nequiciam dyaboli apperuit
et calliditatem suis laqueis inuoluit. Cor-
da cogitationes ut in psalmo vii. Scrutans
corda et renes deus quia ipse videt et
quid quisque cogitat et quid quisque de-
lectat. Cor quadruplex attenditur. Est enim
cor induratum, obtenebratum, seruatum(?),
fustigatum(?). Primum est lapideum, secundum ter-
reum, tertium deficiens, quartum gloriosum.
De primo dicitur Exodi viii. Induratum est cor d
pharaonis. De secundo Matthei xv. Et Ysaie b
xxix. Populus hic labiis me honorat cor a
autem longe est a me. De tertio
Psalmo xx. Corde caduntur ad inimicos regis. De b
quarto Matthei v. Beati mundo corde. Cor habet a
humile qui se nichil reputat esse et cum
bene fecerit dicat Serui inutiles sumus quod
debuimus facere fecimus Luce xvii. Cor b
altum habet qui mente rapta super se rapitur
diuitias psalmo lxiii. Michee(?) aut accedere
deo homo est. De hoc corde dictum est psalmo
lxiii. Accedat homo ad cor altum. Et inde
est quod pauimentum ecclesie ab angulo in angulum
cum alphabeto scribitur et crux de corde
humili usque ad altum nos humiliamur, id est
vilia de nobis sentiamus siue mente excedamus
inceptos nobis limites finis tenere de-
bemus ne forte dicatur de nobis illud Luce
xiiii. Hic homo cepit edificare et non potuit f
complere. Cor hominis dicitur conspicabile
deo quia solus deus cor hominis videt et conspi-
cit vnde psalmo vii. Ipse solus dicitur probans
siue scrutans corda et renes hominis. Ieremie
xvii. Profundum est cor hominis et inscrutabile g
et quis cognoscet illud nisi solus deus. Cor
euacuat omnia mala sicut abyssus omnia
flumina vnde dominus Matthei xv. Marci(?) De corde c
exeunt cogitationes male homicidia etc.
De corde exeunt quia peccatum non est a dispositione
membrorum sed ex propria voluntate nascitur
Dyabolus enim inuentor est et non operator
quia non inducit nisi per gestum et habitum
nouit sequi
Currus est regia potestas Christi ut in Cantico
i. Regum ii. Sublimia habet currum qui posuit(?) g
quia data est homini Christo potestas in celis
et in terra Matthei xxviii. Illuc perducat

cornu david. Cornu potestas sive
fortitudo ut ps. xliiii°. In te inimicos
nostros ventilabimus cornu i. fortitudine
tua sperabimus hostes nostros. Cornu emi-
nentia ps. cxviii°. usque ad cornu altaris
i. usque ad eminentiam deitatis. Cornu
superbia ut ps. lxxiiii°. Nolite extollere
in altum cornu vestrum i. nolite elevare vos
in superbiam. Cornua brachia crucis
ut in cantico abacuk°. Cornua in
manibus eius, quia brachia crucis infixe
sunt manus eius. Cornua sancti [illegible]
extendentis ut in apoc. v°. Vidi agnum
agnum habentem cornua septem i. totam
potestatem xpm omnis scilicet possi-
dentem. Cornu legis impugnatores ut apoc.
xiii°. Vidi bestiam ascendentem de mari
habentem cornua decem i. infinitos suos
antixpm per malos se exaltaturum possi-
dentem impugnatores legis. Cornua
duo testamenta ut apoc. xiii°. Habebat
bestia duo cornua quia antixpus duo te-
stamenta usurpabit sibi. Cornua con-
tinua [illegible] ut in ps. lxxviii°. Cor-
nua [illegible] et [illegible] i. robora
[illegible] et [illegible] habentes. Cornua
peccatores impiorum ut ps. lxxiiii°.
Cornua peccatorum confringam i. potestates
propter delictum. Cornua potestates iusto-
rum ut ps. lxxiiii°. Exaltabuntur cor-
nua iusti, quia bonorum potestates deus
erigit. Sequitur.

Corona est titulus simplex quo ornan-
tur reges in maioribus solemp-
nitatibus. Corona et dyadema
quasi duplex corona cum ipse corone
aureo circulo gemmis suppositis stant
corone. Itaque naturalia sunt corone anime
ut ingenium, memoria, ratio et intel-
lectus et memorabilitas. Gemme vero sup-
posite ut faciant dyadema sunt bona
gratuita. Corona est prime de qua
dicitur cant. iii°. Egredimini filie syon
quod de primo adventu incarnati vel fidelis
exponitur. De primo secundo adventu expo-
sitor loquitur et primitiva ecclesia de iudeis
ad novellam ecclesiam de gentibus ad fidem
conversis ut videat xpm in dyademate suo
i. in corona humanitatis sua qua vicit
dyabolum, quia nisi in carne deus vinc-
retur dyabolus cum non agnosceret, vel
in dyademate suo i. in illa spinea corona
qua coronavit eum mater sua i. infidelis
synagoga in die desponsationis illius
i. adunationis sibi reconciliatur ad invicem, sive ad
filium resurrectionis qui propria sunt letitia
quia tunc salutis est genus humanum. Et
in die letitie cordis eius i. in tempore resur-
rectionis eius que sunt letitia cordis eius.
Corona est gratie ut ps. lxiiii°. De
nedictus corone anni benignitatis tue i.
titulo qui est ab adventu xpi usque in
finem seculi. Corona est glorie de qua
dicitur cant. iii°. Egredimini filie syon
etc. quod exponitur de illo adventu ad iudi-
cium venturum. Aut et hic datur hortatur
primitiva ecclesia novellam et hortatur ecclesiam
eternam ut videat tante rei percunctatum
mercedem miraculum venerari misterium, adho-
ret xpm. Suscipit ad primam cognoscat in
dyademate suo salvatorem suum. Dicit
enim o filie syon i. filie speculatores que
nunc videtis quasi per speculum in enigmate
illum tandem videbitis non in enigmate
sed facie ad faciem. i. Cor. xiii°. Egre-
dimini dicit, sed unde vel ad quid ad ino-
luto mundo tumultu vanitatum, a latebris
viciorum, a vinculis carnalium desideriorum,
a superbia, a cupiditate rei aliene. Et videte
regem salomonem i. xpm venientem ad
iudicium. Videte inquam ut pene vos ter-
reant ut prima vos invitet. Xpistus bene
dicitur rex quia regit et subiecit omnia.
Dominus enim regnavit ut dicitur ps. xcii°. Sa-
lomon interpretatur pacificus quod bene con-
venit xpo qui nobis pacem pectoris
et pacem celi dedit. Sed in dyademate
suo i. omnium sanctorum preciosissimo collegio.
Quid enim aliud nobis non dyademate
hic intelligendum nisi una gloria una co-
rona capitis licet enim plures sint una tamen
reputatur propter inseparabilem unitatem
sponsi et sponse i. xpi et ecclesie. Coro-
natus est xpc a matre sua que in utero

nitus in conceptione nativitatis et gratia in consumit. Coronatus est Christus a noverca sua i. synagoga in passione, unde Egredimini filie Syon. Coronatus est et a patre in resurrectione, unde egredimini filie Syon. Coronatus est a filiis scilicet ecclesia in die iudicii veniet cum eis senatoribus sub terre quia veniet deus et omnes sancti eius cum eo p° xxxi°. In medio autem omnibus diiudicabit. De prima corona dicitur Can. iii°. Videte regem salomonem etc. De secunda Mat. xxvii° et Mar. xv°. Joh. xix°. plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. De tercia filie Jerusalem venite et videte martirem cum corona qua coronavit eum dominus. De quarta gloria et honore coronasti eum domine i. gloriosis et honorabilibus aptasti ad coronam. Sed dicitur corona habet coronavit eum pater non filia. Sed pater coronavit eum gratiam apponendo filia gratie cooperando unde i. Cor. xv°. Non autem ego solus sed gratia dei mecum. Corona promittitur vigilantibus et laborantibus non pigris non somnolentis. Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. ii. Thim. ii°. Corona anime per ordinatur in fronte est timor quia initium sapientie timor domini Pro. ix°. In capite spes quia de futuris et de hiis que non videntur. A dextris gaudium unde oe gaudium sit in deo qui ponet nos ad dexteram. A sinistris sit dolor. Dolendum enim est pro excessibus qui sunt quasi positi odoris ad sinistram. Coronatur anima affectionibus naturalibus iusticia timore tremore quia qui timet deum faciet bonum et deus reddit quod suum est Eccl. xv°. Corona prudentia spei. Nam sperandum est prudenter ne quis iusticiam dei minus attendens ut Cain dicat Maior est iniquitas mea Gen. iiii°. vel minus attendens dei misericordiam presumens Ysaie xlix°. Si oblivisceretur pater filii sui mi, deus tamen non obliviscetur mei. Coronatur temperantia a gaudio temperatum exultandum est cum timore Ps. ii°.

quod plene innititur ad Philip. iiii°. Coronatur fortitudine contra dolorem ne absorbeat nos presumendo doloris nec urgeat super nos puteus os suum Ps. lxviii°. Et coronatur anima per arma iusticie a dextris et a sinistris ii. Cor. vi°. Sed hec corona sine pugna non potest haberi. Est ergo necessaria pugna et post tribulatio. Nam secundum Aug. quod facit fornax auro lima ferro flagellum grano hoc facit tribulatio iusto. Corpus non debet respicere nisi ut utilis sit a minori. Corona est victoria unde Exo. xxv° facies super archam coronam auream quia deus fidelibus contra in temptatione dat victoriam. Corona quieta a laborum ut Ps. xx°. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso i. dedisti ei cum tris [?] conditionibus concordem quietatem laborum. Corona multitudo sanctorum ut Pro. xiiii°. Benedices [?] corone anni benignitatis tue i. dabis augmentum gratie in multitudini sanctorum. Corona premium regni Tract. 1°. Accipiet coronam etc. i. percipient eternitatem glorie.

Corpus proprium Christi ut Mat. xxiiii°. Ubi fuit corpus illuc congregabuntur et aquile quia ubi non Christus est secundum humanitatem ibi erunt anime electorum. Corpus Christi et illud est ut dicitur Mat. xxvii° quod pendit in patibulo crucifixum. Et illud ut dicitur Mat. xxvi°. quod quotidie in misterio est immolatum. Et illud ut dicitur ad Colo. i°. et ad Ephe. i°. quod est unitum deo subiectum una fide illuminatum uno etiam baptismate mundatum. Quod corpus est sancta ecclesia. Corpus est peccatum ut Ezech. i°. Duabus alis velabant corpora sua i. timore et prima deleverunt peccatum suum. Corpus corruptio ut Ro. vii°. Quis me liberabit de corpore mortis huius i. de corruptione mortalitatis huius. Corpus multitudo reproborum ut Job xli°. Corpus illius quasi scuta, quia reprobi in quibus habitat dyabolus in suis se peccatis defendunt. Corpus quelibet actio mala ut Mat. vi°.

lucta corporis xpi ē corporis unius / quia
pro bone intencionis / iam merita illustrius
actionum ⸿ Corpus xpi sacramentum acci-
pit bonus et vere vt Ioh. vj°. Qui
manducat me vivet propter me. Item
ps°. Cxviij°. Constituite diem solempnem
in frequentacionibus accipiet sacramentum bonis
vere vt Luc. xxij°. vt edat et bibat
super mensam meam ⸿ Corporis xpi sa-
cramentum accipit malus sed non vere vt
j. Cor. xj°. Qui manducat et bibit in-
digne iudicium sibi manducat et bibit
⸿ Corpus xpi dr tabernaculum propter quatuor
ad Col. iiij°. propter belli fortitudinem / quia
debellavit acies peccatorum / propter peregrinacionem
vt Mat. viij°. filius hominis non habet ubi ca-
put suum reclinet / propter obumbracionem
vt ps°. Cxxxix°. obumbrasti super
caput meum in die belli / propter mansionem
vt ps°. xviij°. Exultavit ut gigas
ad currendam viam ⸿ Corpus xpi in sepul-
crum positum fuit in quo nondum quisquam
positus fuit ut narratur Ioh. xix°. Sic
passione domini ita et nos corpus xpi
ponere debemus ubi non sit aliud .i. diabolus
vel peccatum / legitur enim ij. Reg. vj°. Quod
David cum xxx milibus virorum reduceret
archam / de domo aminadab / duo
filii aminadab archam minabant
scilicet ahio et oza / ahio precedebat et oza
sequebatur / dum bobus vero recalcitran-
tibus inclinata esset archa / oza manum
extendit ad sustentandum archam / sed stati-
m manus eius aruit et ipse expiravit
Glosa dicit Quidam dicunt quod ipse
erat indignus non enim adhuc erat depu-
tatus ut archam tangeret Alii dicunt
quod latus suum ad uxorem suam in precedenti
nocte inclinaverat Alii dicunt quod propter
eam hunc meritis portare debebat et illud
tangere non debebat Item caveat ergo
qui corpus domini indigne sumere presumpserit
j. Cor. xj°. ⸿ Corpus suum xpus frequenter
ante passionem suam dedit discipulis suis
et quottidie dat in ecclesia Hylarius dicit

corpus non erat iudas cum discipulis .i. cum
apostolis qui dedit eis corpus suum et sangui-
nem suum De Sebaldisti (?) dicit quod in iustificatur (?)
f vt magister petrus precentor parisiensis dicit
Corpus xpi non est negandum hiis qui in
patibulo suspenduntur si confessi fuerint
et licet pro eis sacrificare ⸿ Corpus
g xpi dari debet et potest infirmis singulis
dominicis diebus / sic commemoratio (?) semel
mano (?) ⸿ Corpus xpi sumendum est fide-
f liter vt aug. vt quid paras ventrem
et dentem crede et manducasti ⸿ Corpus
xpi sumendum est digne vt j. Cor. xj°.
a Qui manducat et bibit etc. Item ibidem
b probet autem seipsum homo et sic de pane illo
edat et de calice bibat Beda dicit super
lucam in passione agnus peccatum est corpus
xpi tradere peccatoribus membris quam iudeis cru-
cifigentibus Alibi dicit auctor Vel minus
peccat qui tradit xpm peccatoribus quam iudas
qui tradidit eum iudeis crucifigentibus
Vel minus peccatum est contempnere xpm reg-
g nantem in celis quam crucifigere eum ambu-
lantem in terris ⸿ Corpus xpi sumendum
est ad imitationem ut pro eo patiamur si oportet
sit / sicut et ipse pro nobis passus est Nota
a Quidam abstinent se a corpore xpi intra
de causis Quidam abstinent cum humilitate
ob recordationem enormium peccatorum reputan-
tes se illo indignos dicentes intra se domine
non sum dignus ut intres sub tectum me-
um Illud commendabile est si fiet / Quidam
causa voluptatis ob delectationem peccatorum
in quibus iacent vel que proponunt se perpetra-
turos De talibus dicit Ioh. vj°. Nisi man-
ducaveritis carnem filii hominis et biberitis
eius sanguinem non habebitis vitam in vobis
Alii abstinent causa devotionis quibus lo-
quitur sponsus Cant. v°. Comedite amici
et bibite etc. Et Ioh. vj°. Qui mandu-
cat meam carnem et bibit meum sangui-
nem in me manet et ego in eo Et in
c ps°. xxxiij°. apte invitat nos dominus
ad sacramentum dicens / Gustate et videte
quoniam suavis est dominus / quod est dicere gustate

carne xpi et sanguine et videte et
intelligite quoniam suavis est dominus i. dul
cis abus qui est vita sanctorum. Beatus vir
qui sperat in eo quod gustat / sperat
per hanc vitam etiam in futuro / vel in celi xpo
Augustinus est ille qui in se vel alijs corporibus
confidit. Augustinus super illud locum manducave
runt et adoraverunt omnes pingues terre.
Non prohibeat dispensator manducare
sed exactorem moneat timere / Hylarius
li. Si non sunt tanta peccata ut excommunicetur
quis non se debet a medicina dominici cor
poris separare. Item idem et si non frequen
tius tamen ter in anno communicet nisi forte gra
vioribus criminibus impediatur videlicet in pas
cha in pentecoste / et in nativitate domini
ex concilio agatensi. Seculares qui in
nativitate domini pascha et pentecoste non
communicant catholici non credantur nec inter ca
tholicos habeantur. Si queratur / quare
sub specie panis et vini potius traditum est
nobis corpus xpi / Dico quod maior est conve
nientia / quia sicut panis ex multis granis
et vinum ex multis acinis sic corpus
xpi in multis fidelibus constat. Et sicut in
pane et vino plena est refectio corporis
sic in hoc sacramento plena et prin
cipalis est refectio anime.
Correptio sive consilium vel a priori
debet recipi. Corrigimur quidam
verbis / quia verba sapientum prout dicitur
sapientum quasi stimuli et quasi clavi
in altitudine defixi. Corrigimur
quidam verberibus ecclesiastici vel verberibus unde proverbiorum
xx^o / Applicatione sunt iniquitates corpo
Corruptio est in
ingressu vite. unde i. Cor. xv^o / ne
scitis quod seminatur non vivificatur
nisi prius moriatur. Corruptio est in
egressu unde proverbiorum C^o / Omnes sicut vesti
mentum veterescent. Corruptio est in
exitu unde proverbiorum Ciij^o in pulverem sunt
redierunt. Corrumpit quicumque duo
bus modis corrumpitur i. rumpitur quam
minus rumpitur. Augustinus dicit / Caro non f
corrumpit nisi prius mens corrumpatur. e

Nota quod hoc verbo corrumpitur hec pro
positio non notat quandam proprietatem et
est sensus. Caro non corrumpitur i. caro
tamen alijs non corrumpitur nisi anima mate
posita / quoniam scilicet mulier in vita habitu' rumpi
sed non corrumpitur et talis vir posset pro
moveri ad sacros ordines si hoc ista
mittendum esset cetera aliter non. Alij dicunt
quod ista auctoritas intelligenda est tantum
de primis parentibus in quibus fuit mens
corrupta prius quam caro. Item aliter
determinant caro non corrumpitur nisi mens
corrumpatur vel agentis vel patientis
Et sic distinguendum est inter rumpere
et corrumpere.
Creatio est nature unde Gen. i^o
masculum et feminam creavit
deus. Creatio est gratie Jaco. f
i^o Voluntarie et verbo veritatis genuit nos ut
essemus initium aliquod creature. Crea
tio est glorie unde ysaie lxv^o / Ecce e
ego creo celos novos et terram novam
Credere est exercere /
Comparando quod quisque credit Unde
non credunt traditores et pe
iores sunt quam demones ut dicit super
apostolum / Item non est dicunt sancti super il
lum locum proverbiorum / Cxv Credidi quod
propter quod locutus sum. Non vere credit
qui non loquitur et facit quod credit. Sed
Crux est baptismi
qua ascenderunt omnes xpiani ette
nentur portare et de ea nunquam
descendere licet eis dicatur ab reprobis e
descende de cruce. Crux est ordinis
qua ascenderunt omnes qui sacros ordines
susceperunt. Crux est voti qua ascen
dunt omnes qui votum dissacrant distincte
faciunt. Crux est virtutis ut virginitatis
castitatis continentie humilitatis patie
obedientie elemosine caritatis veritatis
perseverantie et humilitatis. Crucis signa
fit in pectore ad excludendas cogitationes b
ad fidem roborandam unde ro^o x^o Cor
de creditur ad iustitiam. Crucis signa

sit in vitate vbi est disfactus et sedes va
cationis Jerem. i Pe. iiii° dr / peccati esto c
te valde ronem omni petenti de ea
que in vobis est fide spe et caritate
Crux sit inter scapulas ut lenius
xpi onus feramus vnde act. xv° / Tolle b
te iugum meum super vos / Et hee tres
impressiones fiunt a sacerdote in baptis
mo / Tercia fit in confirmatione ab epo
in fronte ad robur ut erubescentiam
ne erubescamus xpm confiteri / vnde
luce xii° / Qui me confessus fuerit coram b
hominibus / confitebor et ego eum coram patre
meo / et qui me erubescet confiteri coram
hominibus etc. / Nota / crux extenditur
per quatuor partes mundi vnde Jo. xii° e
Si exaltatus fuero a terra omnia traham
ad me ipsum crucis signum fit per cru
cifixionem membrorum vnde pso. Cxviii°
Confige timore carnem tuam / Crux
signatur fit per extrem passionis crucis /
vnde i petri ii° / Cristus est pro nobis f
nobis relinquens exemplum Et dominus petro
ait Joh. xxi° / Sequere me / Crux tol f
litur per abstinenciam macerando corpus
vnde i Cor. ix° dr / Castigo corpus meum
Crux tollitur per compassionem proximi vnde g
ii Cor. xi° / Quis infirmatur et ego non g
infirmor / Crux tollitur per largitatem elemo
sine / auarus enim mallet ieiunare quam
elemosinam dare / Crux eciam tollitur
per effusionem sanguinis / Crux est obe
diencie et penitencie cui astricti sunt viri religiosi
platum sunt omnes claustrales et magis abstinent
quam xpc qua in humanitate / In hac cruce
continentur que xpc fecit in sua passione
videamus ergo quid dominus fecit in die
passionis ut nos et angeli crucem ascen
deret / oblatus est enim quia voluit ysay.
liii° / et totum corpus in cruce extendi c
permisit sic pso. xxv° dicitur / foderunt
manus meas et pedes meos / Positus
in cruce dominus primo Johannis xix° e
Pro inimicis orauit luce xxiii° / matrem g
discipulo commendauit Johannis xix f

spm emisit act. xxvii° / In huiusmodi
salutem proximi voluntatem parentis dei c f
bis pso. lxi° / Sitiuit in te anima mea etc.
Et cum apostolo ii° Cor. xi° / Quis infir g
matur et ego non infirmor / Et per inimi b
orare tenemur ex precepto domini dicentis act. f
v° / Orate pro persequentibus vos / Matrem
domini et sanctam ecclesiam extremis et orationibus
nostris custodire debemus sicut dominus per
prophetam de nobis dicit ysay. lxii° / Super b r
muros tuos ierusalem constitui custodiam
Spm emittere debemus antequam descendamus
moriendo nobis est in ea cruce quia xpc
mortuus est in sua / Noluit enim de cruce de
scendere iudeis clamantibus act. xxvii°
Si rex iste es tu descende de cruce Sed e e
quare non descendit / ut videret plenitudo
gencium et tunc videret ex vna parte vniuer
sam frontem luce ii° / Tuam animam pertransiuit e
gladius passionis / et ex alia parte ut ha f
betur Joh. xix° / discipulum stantem quem
diligebat / et ex alia parte ut dicitur luce xxiii° e
mulieres plangentes que eum secute fuerant f
a galilea vidit et audiuit parum ut
habetur act. xvii° / et marci viii° / fugge f
rentem et dicentem ei / Due spiritus g
ero tibi / Audiuit et aduersarios exprobra
tes et dicentes ei act. xxvii° / Si filius g e
dei es etc. / Quare non descendit ut ostenderet
se esse filium dei / et satisfaceret vniuersis / quum
dedit nobis ut et nos ita faciamus asu si
passi fuerit mundus / Si demones / si caro
propria / et dicitur descende de cruce innenis es
circa semini ascendere poteris / dic eis
nil cerciius morte nil incercius hora mor
tis / vigilabo et stabo in cruce domini inclinato
capite emittam spiritum / ne dicatur de
me illud luce xiiii° / hic homo cepit edifi
care et non potuit complere / non sum canis g
ut redeam ad vomitum ii pe. ii° / posterio c
rum oblitus cum apostolo ad philip. iii° / In an g
teriora me extendam dicas / Quare mors
non descendit de cruce dominus dicitur ei de c
scende de cruce et credemus tibi act. xxvii° / Amor e c
bonus est in mente pacientis per me et ergo moriar f

mente obiciens propter ipsum et propter me licet
omnia temporalia mihi subtrahantur. Nouit enim
medicus cui me commisit quando danda quando
subtrahenda sunt bona temporalia. In hac
cruce debet esse christianus non corpore sed
spiritu non carne sed mente. Si vero in pas-
sionibus te non crucifigis saltem crucifige
te in passionibus caritatis. Habet enim ca-
ritas suam crucem. Sua crucis ymaginem
in sublimitate crucis te erige per dilectionem timendo deum adorando deum.
In latitudine manum extende, id est bona
opera exerce subueniendo pauperi consulendo
egenti vestiendo nudum confortando egrotum
consolando incarceratum. Vel ita sunt due ma-
nus scilicet duo genera operum necessitatis et volun-
tatis. Per dexteram opera necessitatis intel-
lige ut dormire comedere et bibere et similia
que clauo temperancie et sobrietatis crucifigenda
sunt affigenda. Per sinistram opera
voluntatis que clauo prudencie omnino
sunt cohibenda. Non enim propriam volun-
tatem sequi debet christianus in profundo
crucis. Crucifige pedes id est carnem tuam
per carnis mortificationem in ieiuniis et vi-
giliis ne intres in temptationem. II Cor. iiii°
dicitur. Semper mortificationem passionum christi in corpore
sit esurienus et sitientes et ieiunantes
sine dubio. In longitudine caritatis perse-
uera in bonis usque ad finem laborando
usque ad mercedem pugnando usque
ad victoriam. Crux est maceratio car-
nis in qua debemus crucifigi cum vitiis
et concupiscentiis ad Gal. v°. id est maceratio
pugnantes cum vitiis operum et concupiscen-
tiis desideriorum. In hac quidem cruce
semper in hac vita debet pendere christianus ut
sit fixus clauis id est preceptis iusticie ut christus
in cruce clauis fixus fuit. Crucifigitur
aliquis contemplatiuus extra huius mundi qui
quasi stercora temporalia reuint et abicit
et accepto contemplationis itinere voluntas
minori se subicit crucifigendo omnia que
circa carnis sue voluntatem sustinet. In
cruce duo sunt ligna vnum ex transuerso
positum quod est latum et significat tolleranciam
in aduersis. Aliud in directum et est longum
et significat finalem perseueranciam. Hec autem
duo valde significantur. Crucem elegit
deus propter misterium. Noluit enim gladiari
vel lapidari vel aliud genus mortis vel
passionis pati. Sed crucem propter misterium.
In cruce sunt quatuor ligna, longum
transuersum, superius, tabula siue ta-
bula supposita. Vel ad Ephe. iii°. Ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis que sit la-
titudo, id est lignum transuersum, id est latitudo cari-
tatis. In latitudine enim habuit christus ma-
nus extensas, alteram ad aquilonem alteram
ad meridiem. Et in extensione manuum on-
dit hylaritatem et caritatem. Et hec latitu-
do significat latitudinem caritatis que non tantum ad
amicos sed usque ad inimicos debet extendi.
Luc. vi°. Diligite inimicos vestros et cetera.
Quam latitudinem caritatis debemus comprehen-
dere diligendo etiam inimicos. Sed quia
hec non sufficit, sequitur longitudo, id est lignum
oblongum, vel longitudo caritatis id est perse-
uerancia caritatis. In ligno oblongo quod
erat longitudo erat corpus domini habens
faciem ad orientem, pedes ad occidentem
ut significaret quod de quatuor climatibus ad se
traheret secundum Iohannis xii°. Cum exalta-
tus fuero a terra et cetera, id est de omnibus electos
traham ad me ipsum. Et hec significat longi-
tudinem caritatis id est perseueranciam caritatis
quam debemus habere. Qui enim perseuerat
usque in finem hic saluus erit Mat. xxiiii°.
Et quia hec totum posset esse ex inani
gloria ut scilicet haberemus latitudinem cari-
tatis et longitudinem id est perseueranciam, necesse
est ut totum faciamus intentione eterni premii.
Et ideo sequitur sublimitas. Sublimi-
tas erat tabula in qua titulus scriptus
erat. Et significat spem quia quicquid facimus bo-
na intentione et spe premii facere debemus.
Vnde incoronando probas in antiphona que
notat bonam intentionem concludimus. Et
ideo sequitur profundum. Profundum est occulta
iudicia dei admirari quare ihesus
scilicet iste habet hunc et diligat hunc quod timere
debemus et admirari cum apostolo Ro. xi°.
O altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie dei.

Nota q xc in cruce pedes iunxit et ma
disiunxit / quia adam pedes dilatavit et
manus iunxit contra q xc in passione do d
huit pz tre 4 10 / ubi dr q vos ab ze
In civitas predicatore gaudet omes
sancti vn aplus ad Gal vio / absit m f
gloriari nisi in cruce dni nri ihu xpi
Nota q an crucem tres ores facimus
nos ortodoxos zc / cum duabus linguis
grecia et latina / quia tria scleta Et hec
facimus quantum ad tres actus quibus ma
xime illudebat xpo dicitur aut xxvi hi
dixit possum destruere templum hoc f
et Ioh xix / quia filium dei se fecit a
Et luce xxiii / Regem iudeorum / et no a
licet censum dare cezari Nota q qr
Iohes interfuit xpi passioni ideo i eius
die legitur evangm secundum enim scz secdm
Iohem Nota q xc in cruce multiplica
orem / ideo in pascene etiam multipli
cat orones in faciem xpi spuit qui
fratri suo de contumeliosis verbis obicit
faciem dei alapis cedit qui non tamen
verbo sed etiam pximum ope ledit faciem xpi
velat qui tam contra fratrem suum odio vel linco
re cor suum opitat fel et acetum dno
in spongia porrigit qui mentitur ac
corde fraudulenta vba pponit lancea
latus xpi pforat qui malum contra pxi
mum cogitat manus xpi clavis infi
git qui manus suas ad illicita in via
extendit vel ad illicita operatur / pedes
dni cruci affigit qui pmptus et ve
lox ad malum currit / porro si voltis
vulnera que fecistis in xpo sanare xpm
a vobis et in vobis iterum crucifixum consti
tare bonis opibus cominitate plicta
Si huiusmodi fribus vris probra irroga
stis benedicere et nolite maledicere
eis ita dni faciem lavabitis in quantum
pmisistis Si in ope aliquis lesistis manum
auxilii eis porrigatis Si ad illicita
nimis et inmundicie opa manus vras
huiusmodi extendistis ablata restituite
et ad opa pietatis eas porrigite et

ita de manibus dni clavos salvabitis
Si mali contra pximum huiusmodi cogitasti
de utilitate pximi decetero cogitate et
ita plagam dni sanabitis qua fecistis
in latere Si pedes vestros ad effundendum
dum sanguinem huiusmodi habuistis amo
ad pacem faciendam curate / quia bn pe
des pacem portantes / et ita pedes xpi
quos vulneraste sanitati restituetis sa
natos eos lavare poteritis / si iniuriam
vobis a fribus illatam pr deum sustinetis
Si enim ad pedes abluendos aliquis inclinat
et humiliat sordes lavat et ipse lavatur
vn aut xvi / Si dimiseritis hominibus peta b
eorum et pr vr dimittet vos peta vra
Si aut vos non dimiseritis nec pr vr zc
Si enim ex humilitate offensa fribus dimit
titis imitatores xpi estis qui non dimi
sit tm immo pro crucifixoribus orat dicens
Luce xxiii / pr dimitte illis qr nesciunt d
quid faciunt Qui crucem vult tollere ea de f
bet facere vn aut xvi / Qui vult venire
post me zc Tria dicit scz abneget se p
humilitatem tollat crucem p humilitatem / sequatur
p aspitatem et ad ea nos invitat scz ad
humilitatem ad vilitatem et ad aspitatem racionem
p hec ea poterimus recuperare illa tria
que amisit adam in padiso scz libtatem
dignitatem felicitatem vel dignitatem angelorum
scz potestatem / p humilitatem libtatem / p vi
litatem dignitatem visionis / p felici
tatem vel beatitudinem angelorum potestatem
per aspitatem semet ipsm dicit discre
tive ut non tm sua sz eciam et corporis
et sensualitatem et rom abneget / Tol
lat suam crucem dicit Tollitur enim crux quattuor
modis ut scz suam dicit ut in ppo corpore c
tollatur luce xiiii / Cotidie non dicit
ad tps ut mali / sed semp et ppetua
et in adversis tollatur / sequatur me dicit
ut hic non p humano favore vel lucro
tpali sed pro xpo faciamus Nota q in
cruce caritatis sublimitas cum dilectione dei

latitudo dilecti Christi profunditas dilectio
sui longitudo perseverancia boni operis non
per in cruce fuerunt quatuor ligna
oliva. cedrus. palma cipressus Secundum
cupiditas est

Cupiditas
Originale non omnium viciorum .vij. in
Ethico vi°. radix omnium malorum
sine viciorum est cupiditas Cupiditas qui
bus restingitur ad avariciam vel pecuniam et
cetera ista temporalia Nota quod quidem duo sunt
que nos dehortantur a cupiditate scilicet necessitatis
paupertas Job primo dicit Nudus exivi de
utero matris mee et nudus revertar illuc
Item nil intulimus in hunc mundum nec
aliquid inde auferemus .j. Thi vi°. vita
brevis Luce xij°. Stulte hac nocte
recedet a te anima tua que autem possides
cuius erunt. Item vitus primi legitur me perdet
cupiditas mi crescet cupiditas

Currus
Currunt qui mandata dei adimplent
imitando pauperes et Simonem cum
maria sedent contemplatiui Luce
x°. Currunt si non corporaliter tamen spiritualiter mandata
dei adimpleant. Iacet infirmi qui non poterit
surgere a peccato noluit et dicitur illud
Apocalypsis viij°. Reg. Quia non sunt digni etc. Cur-
rus est bonorum Reg. iiij. Reg. ij°. Helias
raptus est in curru igneo Currus est
malorum impiorum Exodo xvo. hic in
curribus et hii in equis Currus est
demonum Exodo xvo. Currus pharaonis
onis et exercitum eius destruxit in
mare. Currus pharaonis multiplica-
tos sunt in hac regione nostra quos incipere
possumus sepe et videre. Primus currus
luxurie habet quatuor rotas ventris
ingluviem immundicie libidinis vestium
molliciem sopore et ocij resolucionem
Secundus est avaricie scilicet ex quatuor con-
stans rotis Sunt autem tenacitas et
rapacitas sollicitudo retinendi et timor
amittendi Tercius est malicie quatuor
huius rotas scilicet superbiam impaciam audaciam

imprudenciam Velocies sunt ista ad ma-
lum Quartus est superbie cuius rote sunt im-
dia ira detractio Despectio vel presumpcio
Hec quatuor tendunt ad mortem In
omnibus istis curribus et rotis est odium
dei et contemptus et oblivio mortis Cur-
rus malicie volvitur hiis quatuor ro-
tis Sentencia impaciencia audacia impru-
dencia ut supra Hee rote trahuntur hiis
duobus equis terrena felicitate munda-
na pompa Horum equorum auriga sunt
pudor et timor Currus luxurie
volvitur hiis rotis vestium mollicie ciborum
exquisito sapore ocij libidine sopore
resolucione Hee trahuntur hiis equis ter-
rena habundancia prosperitate seculari Horum
auriga corpore ignorancie insipida pro-
sperita Currus avaricie volvitur
hiis rotis pusillanimitate ignavitate
contemptu dei oblivione mortis Hee
rote hiis equis trahuntur rapacitate te-
nacitate Horum omnium est solus auriga
ardor habendi Omnium quia septimum
est hii in curribus et hii in equis etc.
Exodo xvo. Dimissis curribus pharaonis
veniamus ad quadrigas aminadab in qui-
bus est salus ut ait propheta Abacuk iij°
Qui ascendes super equos tuos et quadri-
ge salvabunt Sicut habet pharao currus suos
ita equos suos ~~suos~~ suos quia quadrigas
habet nunc aminadab Una quadriga fuerunt
iusticia temperancia prudencia fortitudo Nunc
habet est currus et quadriga helie Istas qua-
drigam trahunt non solum quatuor animalia te
sed quatuor status religiosorum incipientium
proficientium tercium provencium Item vide
quadrigas nunc aminadab euntibus ad vitam
eternam Una quadriga est devocio medi-
tacio oracio locucio Alia quadriga est contri-
cio oris confessio operis satisfactio Et ad
quadriga est odium mundi contemptus sui co-
passio proximi amor dei Quod considerans in-
carnationis passionis resurrectionis ascensionis
una quadrigam amplissimam nobis fuerunt
Est et alia forte angustior. Succincta quinque
asperitas vite humilitas obediencie austeritas

disciplinę. Si vos sacerdotes volueritis
admonitionem talium diligenter renovare, cor-
poris deficiet languor quia verba. Currus
est cetus sanctorum ut ps(almo) lxvii^o Currus dei
x milibus quia sancti in lege perfecti sunt. Cur-
rus magna peccata ut in Exo(do) xv^o Cur- a
rus pharaonis et exercitus eius proiecit
in mare quia tam magna quam parva
peccata deus abluit in baptismo. Currus
spiritualis mansuetudo iiii Re(gum) ii^o Currus igneus c
i(d est) populus per mansuetudinem positus. Currus
vanitatis mundi instabiles ut ps(almo) xix^o hy in
curribus et hy in equis i(d est) delectantur in rebus
caducis et volubilibus

Cadaver est Christus ut Deut(eronomii) xxi^o Si inve- a
nitur inter vos cadaver hominis
occisi i(d est) si sit inter vos corpus
Christi crucifixi. Cadaver quilibet in peccata
lapsus ut Job xxxix^o Ubicumque fuerit f
cadaver statim aquila adest quia ad re-
levandum quemlibet in peccatum lapsum semper stat
predicator etc. Cadaver dyabolus ut Ysa(ie) e
xiiii^o proiectus est quasi cadaver putridum quia
dyabolus se ingerit ut Gen(esis) xv^o Descen- d
derunt volucres super cadaver quia ordinibus
viris societatibus se fantasmatibus ingerit.
Cadavera crimina peccatorum ut Ysa(ie) xxxiiii^o De a
cadaveribus eorum ascendet quia de criminibus
eorum procedit infamia. Cadavera pene
dampnatorum ut Ysa(ie) lxvi^o videbunt g
cadavera virorum qui prevaricati sunt in me
quia electi in futuro penas intuebuntur
reproborum etc.

Caligo est occulta gloria divine maiesta-
tis ut Exo(di) xx^o Moyses ascendit f
in caliginem in qua erat deus quia
soli perfecti ad contemplandam gloriam divine ma-
iestatis pertingere possunt. Caligo prophetie ut
ps(almo) xcvi^o Nubes in circuitu eius et caligo
quia quod apostolus aperte dicebat hic propheta
obscure predicabat. Caligo est dyabolus
ut ps(almo) xvii^o Caligo sub pedibus eius
quia dyabolum Christus conculcavit. Caligo con- a
fusio mentis ut Job iii^o Occupet diem
caligo i(d est) prava delectatio mentis confusio ma-
det. Caligo peccatum ut Job xxii^o Nec fa- g
ciem meam operuit caligo i(d est) mentis mee
aspectum non cecabit culpa. Caligo dies
novissima ut Soph(onie) i^o Dies illa dies ca-
liginis quia dies illa ultra reprobos obscu-
rabit. Caligo examen extremi iudicii
ut Gen(esis) xv^o Facta est caligo tenebrosa cf
etc. transiens inter divisiones illas quia ultimum
iudicium malos a bonis separabit

Calor est fervor spiritus sancti ut ps(almo) xviii^o
Non est qui se abscondat a calore eius
quia unicuique dat manifestationem
spiritus sancti. Calor dulcedo caritatis ut Job
xxviii^o Lapis solutus calore in es vertitur a
quia qui durus fuerit per caritatis dulce-
dinem emollitur et in predicatorem mutatur.
Calor desiderium iusticie ut Gen(esis) xxx^o f
factum est ut in ipso calore coitus oves in-
tuerentur virgas et parerent quia simplices
quique in ipso desiderio iusticie per aliorum
exempla proficiunt et bonum quod desiderant
ad effectum perducunt. Calor pena reproborum c
ut Job xxiiii^o Ad calorem nimium trans-
eunt ab aquis nivium quia a frigore
dampnati transeunt ad ardorem

Calamus est Christus ut ps(almo) xliiii^o Lingua
mea calamus scribe quia quod Christus
discipulos docuit spiritus sanctus eorum
cordibus inspiravit. Calamus quilibet pre-
dicator ut Ysa(ie) xxxv^o orietur in ea vi- d
ror calami i(d est) in ecclesia decor erit predicato-
rum. Calamus gentilitas ut Ysa(ie) xlii^o a
Calamum quassatum non conteret i(d est) infirmum
gentilem populum non dampnabit. Calamus
quilibet ypocrita ut Job xl^o Dormit in d
secreto calami behemot quia in mente
simulata dyabolus quiescit. Calamus
dispositio dei ut Ezech(ielis) xl^o Calamus a
mensura in manu eius quia in potestate sua
est disponere omnia deus. Calami pre-
dicatores ut in Exo(do) xxv^o In candelabro ca- fg
lami etc. quia in ecclesia sunt predicatores
et auditores. Sequitur capitulum

Caligo peccatorum est dyabolus ut in
psalmo lxxi. Humiliabit calumnia-
torem id est dyabolum Christus et superabit.
Calcaneum est extremitas actus vite. Un-
de Gen iii. Tu insidiaberis calca-
neo eius, quia finem vite actionis
dyabolus corrumpere studet. Calcaneum
prostratum ut psalmo lv. Ipse calcaneum
meum observabit, quia enim inicium mei profectum
meum inde non cessit. Calcaneum
caro mea ut in psalmo xlviii. Iniquitas
calcanei mei circumdedit me id est petulancie
mee mox.
Calculus est sermo divinus ut Ysaie vi.
Unum de seraphin calculus, quia
illud amor dei accendit quod ser-
monem divinum opere complet. Calculus
claritas superne pacis ut Apocalipsis ii.
Vincenti dabo calculum candidum, quia
hic qui peccatum resistendo vincit clarita-
tem in futuro habebit. Calculus pena
lingue mencientis ut Proverbiorum xx. Reple-
bitur os eius calculo, quia hic qui per
mendacium in lingua peccat, in futuro
per penam ardoris cruciabitur in lingua.
Sequitur. Sequitur capitulum
Calles est vita arta religiosi ut
Ysaie xxvi. Rectus callis iusti ad
ambulandum, quia qui iuxta
vitam religiosorum vivit in statu recti-
tudine iniquitate se non offendit. Cal-
les doctrine eorum ut Iudicum v. Am-
bulaverunt per calles devios id est doctrinas
sequebantur erroneas.
Claui sunt precepta caritatis ut in
Ecc vi. Affixit luminas clavis
aureis id est opera preceptis caritatis
confirmavit. Clavi racio et intellectus
ut Ysaie liiii. Clavos tuos consolida
id est racionem tuam et intellectum ne inficiatur
corrobora. Clavi correpciones sanctorum
ut Ecclesiastes xii. Verba sapientium quasi stimu-
lum et quasi clavi in altitudine defixi
quia per correpciones sermones corda vicia
purgant. Sequitur capitulum
Clavis est Christus ut Luce xi. Tulistis
clavem sciencie ipsi non introistis et eos
qui introibant prohibuistis id est me
auferre studetis, nec ipsi me creditis nec
alios permittitis credere. Clavis apparatus
sacre scripture ut Ysaie xxii. Dabo
clavem domus David id est reseratorem sacre
scripture ponam in ecclesia Christi. Clavis
malicia cordis impii ut Apocalipsis xx. Vi-
di angelum descendentem de celo habentem cla-
vem abyssi etc. Claues potestas docto-
rum ut Matthei xvi. Tibi dabo claves
regni celorum, quia doctoribus potestatem ligan-
di atque solvendi dominus in ecclesia tribuit.
Campus est mundus
iste ut Can ii. Ego flos campi
id est decor mundi campus gentili-
tas ut Ezech iii. Surge et egre-
dere in campum, quia Christus ad predicandum patris
ingressus est mundum. Campus vita lata
huius mundi ut psalmo viii. Insuper et pe-
cora campi id est voluptuosos mundi. Cam-
pus plebs ut Dan xiiii. Erat Aba-
cuk in campo quia Christus venit ad populum
iudaicum. Campi gentilitas incredula ut
Iohel ii. Germinavit campi herbam
germen odoris ipse, quia fructum legis
que populo iudaico data fuit populus gent-
ilis protulit. Campi mentes fidelium ut
psalmo lxiiii. Campi tui replebuntur
ubertate, quia mentes iustorum divina pi-
etate replebuntur.
Camelus est Christus ut Matthei xxiii. Cola-
tes culicem camelum glutientes
id est latronem postulatis et Christum
crucifigatis. Camelus fortitudo virorum
ut Gen xxiiii. Viso Ysaac Rebecca
descendit de camelo quia cognito Christo
fortitudinem virorum deserit ecclesia.
Cameli potentes seculi ut Ysaie lx. In-
undacio camelorum operiet te, quia poten-
tes seculi ad ecclesiam venient. Cameli
dispensatores rerum ecclesiasticarum ut Iob
i. Erat possessio Iob tria milia camelorum

quia vir sciens tenebras dispersatos
facis intellectum secte civitati sociat
Caminus est afflictio
caritatis ut psalmo xxx° In
camino et freno maxillas
eorum constringe, i. in affectione caritatis
elata corda ipsa corripe. Caminus dis-
ciplinarum prov. xxvii°. Caminus azino a
i. disciplina suo 2c.
Caminus est tribulacio iustorum ut
apoc. i° pedes eius similes auri- c
calco sicut in camino ardenti quia
iustos tribulacio excoquit. Caminus
caritatis ut ysa. xxxi° Caminus eius
Exo xv° Equum et ascensorem eius est
demon impius quemlibet et eum qui ei
dominatur dyabolus dimergit in infernum
Equus hic est prelatus pius vt in Gen xlix°
Mordens vngulas equi quia crudelita-
tem suam antixpus exercebit in fine seculi
Equus corpus hominis vt prov xxvi°

Equus paratur ad diem belli i. corpus dis-
tritum morti oblatum | Equus habitor se-
culare ut in pso xxxii° | Fallax equus ad
salutem et honor mundanus haut salutem
construere non valet | Equus ceterus persecu-
torum ut apok vi° | Ecce equus ruffus
quia persecutores fecere crudeles cum
Equus forma hereticorum ut apok vi°
Ecce equus niger quia heretica per errorem
turpitudinem ingerit | Equus antixpi
vt apok vi° Ecce equus pallidus quia
antixpi superbia quamvis videatur magna
fuit in fine deficiet | Equus libidinosi
quibus vt pso xxxi° Nolite fieri sicut
equus et mulus etc | i. nolite esse luxu-
riosi et insensati | Equus apostoli vt Aba-
cuk iii° Misisti in mare equos tuos
i. in mundum misisti apostolos tuos | Equus
superbi et divites vt Osee xiiii° Ve
qui descendunt in egiptum in equis sperantes
i. ve illis qui nimis amant mundum in su-
perbis et habundanciis confidentes | Equus
corpora electorum ut in apok xix° Seque-
bantur eum in equis albis i. passionem
suam imitabant sancti in castis corporibus
suis | Equus superbe cogitacionis ut deute
xvii° Rex non multiplicabit sibi equos
i. prelatus superbus non habebit cogitaciones
Equus albus significat statum innocencie
virginum pallidi statum confessorum per affic-
cionem carnis ruffi statum martirum apok
vii° Qui lauerunt stolas suas in sanguine
agni | Per equum intelligitur superbia
vt pso lxxv° Ab increpacione tua dor-
mitaverunt qui ascenderunt equos i. equos
superbie Per equum intelligitur potencia vt
Can i° Equitatui meo in curribus pharaonis
assimilavi te etc

Errant quidam per ignoranciam vnde
pso cxviii° Erravi sicut ovis in bivio
i. devio et ideo in via, et quidam per superbiam
vii Dan i° Cum cognovisset deum etc Quidam
prosperitate elati vel adversitate depressi
vnde Deut xvii° Non declines ad dexteram

Etatum mundi prima fuit ab adam
usque ad noe / hec suam habuit
in ob lesionem prima cayn occidit
fratrem suum / Secunda a Noe usque ad abra
ham / hec notata e(st) in obligacione / quia catha
clismus aquarum faciem terre operuit
Tercia ab abraham usque ad dauid / In
hac abraham cum fratre suo aram a
caldeis proiectus est in ignem per que
ipsi traducebant / Abraham quidem traductus
est a domino sed aram expirauit / Quarta
a dauid usque ad transmigracionem babilonis
In hac quidem pena uel difficultas passus
est dauid a saule ab inimicis a filio suo
pauros acoimus ignorare / Quinta est
transmigracione Babilonis usque ad xpm
In hac populus domini captiuatus est et vasa
sancta translata sunt / Sex conclusa
Sexta a xristo usque ad finem seculi / In
hac xpus flagellatus est vinctus consputis
bus afflictus morte impressa condemp
natus / Hee sex etates sunt viuencium
Septima est [illegible] quiescencium que
incepit a passione domini / Octaua est
resurgencium que incipiet a die iudicii
et durabit usque in sempiternum / Secundum
duas etates xpi minima annorum scilicet mille
narium quod quidam voluit / Sed potest
quedam mirabiliora que facta sunt in
principio cuiuslibet / Primam in principio prime
facta est constitucio mundi / Secunde mundi
per diluuium purgacio / Tercie insti
tucio restituta est propter originale peccatum
circumcisio / In principio quarte regni unccio
In principio quinte populi dei in babilonem
transmigracio Sexte filii dei incarnacio
Septime ianue celi apercio Octaue cor
porum resurrectio et bonorum et malorum
plena remuneracio / Etatum hominis prima
est infancia / secunda puericia / tercia ado
lescencia / quarta iuuentus / quinta etas
sexta senectus / septima decrepitus
Euangelium dicitur in xpo incipiens
Euangelium largo modo dicitur totum
nouum testamentum / Euangelium
dicitur talaamentum quia pariet

talia uencium valet contra spinosa aspera ve
nenosa contra frigora / Sic euangelium
contra aspera siue spinosa / quia omnia vide
tur facilia act xi° / Iugum meum suaue
est etc / Item act vi° / Nolite solliciti esse
etc / Contra venenum / vnde luce x° / Dedi
vobis potestatem calcare super serpentes et
scorpiones / Contra frigora infidelitatis
vt psalmo cxvii° / Ignitum eloquium ve
hementer / Et psalmo / Ignitum est eloquium tuum psalmo
x° / Euangelium dicitur iugum / quia sicut
sub iugo iungitur duo animalia scilicet duo bo
ues uel bos et asinus / Ita duo populi
sub euangelio scilicet iudaicus et gentilis / Euangelizabat quidam in cupiditate vnde
psalmo xiii° / Qui deuorat plebem meam
etc / Quidam in infirmitate vnde Iohannis x°
Mercenarius videt lupum venientem et fu
git / Quidam in virtute ut ii Cor xii°
Cum infirmor tunc [illegible] forcior sum
Euge ponitur quandoque in bono
vnde act xxv° / Euge serue bone etc
Quandoque applausorie vel deridendo ut ibi
euge fratre quod fecit / Quandoque irriso
rie uel adulatorie vnde psalmo lxix° / Aver
tantur statim et erubescant qui dicunt mihi
euge euge / Et assumitur secundum quosdam et
tunc heuge quasi male quasi male
Eunuchorum quidam per se de intus vtero
nati sunt dicit glossa act viii° / Eunuchi
isti non habent penem quia natiuitate co
hment / Quidam facti sunt ab hominibus
continet aut illi sed non voluntate / Alii
seipsos castrauerunt propter regnum celorum quia
voluntate castrati se dederunt uel deuo
uerunt / Primi dicuntur castrati i. casti nati
Secundi spadones uel spadati a spata in
strumento quo abscinduntur / Tercii eunu
chi ab eu quod est bonum et niche quod
est victoria
Exauditi est extra audire i. ad si
nem quod est quando fit quod petitur
ut cum demones qui peciuntur act v
v° / in porcos mittere exauditi sunt i.
ad exitum auditi quia factum est quod pete
bant / Exauditus est eximie auditi sicut

dictum est paulo oranti ut ab eo remo
veretur stimulus sathane qui datus erat
ei ad servandam humilitatem ipso dicente
.ij. Cor. xij°. Ne magnitudo revelacionum ex
tollat me etc. Exauditus est i. supra auditus
quia non est remotus stimulus, quia si remo
veretur forte dampnum esset ei tamen ut dicit
ei deus secunda Cor. xij°. virtus in infir
mitate perficitur. Et ideo zacharias ex
auditus est ut supra auditus cum luce j°.
Cum incensum offerret deo orans pro
liberatione populi sui iudaici, sicut dicitur quod summus
pontifex erat in isto. Detinebatur enim populus
ille sub captivitate romanorum Et ideo ora
bat et exauditus est i. supra auditus quia
dedit ei deus filium scilicet iohannem baptistam
quod non querebat, et de liberacione
populi sui exauditus est quod non querebat
de temporali. Quod querebat et magis
fuit ita exauditus quia si exaudiretur in eo
quod petebat vel quod melius est quadru
pliciter deus exaudit. Exaudit i. ex
merito audit ut iustum hominem vel ex
audit i. ad eternam audit et hoc modo medi
cus quisque exauditur ut aliquis adulterium
committens et aliquis committatur si perseveraverit et est dure
damnatus in vitam eternam. Et hic exaudit
i. ad finalem exitum audit. Quinque exau
dit i. exequitur quod audit et hoc modo
dyabolus exauditus est qui permissus est
temptare Job. Job j°. Ecce mitte por
cos, math. v°. Quinque exaudit i. extra audit
sicut zacharias qui ingressus in templum domini
orabat pro populo et exauditus est Et
supra auditum est quia elizabeth uxor sua
pareret ei filium et sic exauditus i. ex
tra supra auditus est

Excecatio sive cecitatio est dup
plex quia quandoque ex privatione
principum vel collectum hominum scilicet
multitudo est in culpa sive magis
tempore et distractione magna adhibita
si debeat fieri. Excecatio separata
est ut si aliquis laudat puellam excecan
do quod non debet fieri et indiscrete

Excecatio est suspiciosa quia docetur
aliquibus aliquid inimicus sit petrus eius
quod non est faciendum ex domino zizaniam
eradicare prohibente cum esset tenera ne
forte triticum eradicarent math. xiij°. g.

Exinanicio est destructio
ut psalmo. Exinanite usque
ad fundamentum in ea i. profunditatem dimitate
vel profunditate eius vel psalmo. lxxiiij°. Cal.
cius non est exinanita. Exinanicio est
est humilitas ut ad phil. ij°. Exinani
vit se formam servi accipiens i. extra inanit
se christus ad inania descendendo manentem
formam proprie virtutis vel exinanivit i.
vanitati se subdidit, sed non quod christus est
vanitas curiositatis scilicet que est in divitibus
sed etiam in curiositatibus hec non sunt in christo scilicet
mortalitatis et mutabilitatis

Expectat christum stulti scilicet iudei unde
Iohannis iiij°. mulier samaritana ait
scio quod messias venit i. veniet. Expectat
infirmum unde et querebat a deo Actus
j°. si in tempore hoc restitues regnum israel
Expectabant antiqui venturum scilicet in
carne unde psalmo. xxxix°. Expectans ex
pectavi dominum etc. Expectat sancti modo
in venturum ad iudicium unde ad phil.
iij°. Salvatorem expectamus dominum ihesum
christum. Expectavit christus patrem in passio
ne unde nondum venit hora mea
Iohannis ij°. In resurrectione, in generalem
vocacione. Expectat quedam premium
quos tamen premium non expectat quibus
dicetur math. xxv°. Nescio vos. Item psalmo.
xc°. Cadent a latere tuo mille, et
ne desiderantibus diem domini. Et indeque
sunt qui non expectant quos tamen expe
ctat premium ut saulus de quo dictum
est ananie actus ix°. vade quia vas
electionis mihi est. i. quidam expectant quos
expectat premium unde secunda thimoteum iiij°.
In reliquo reposita est mihi corona iusticie
quidam non expectant nec expectantur

Extasis sive excessus est vim corporis

alienatos a sensu qualem habuerunt
discipuli euntes in emaus Luce xxiiii
vel sodomite circa domum loth que dicitur
amenpa grece amentia latine. Exs-
tasis est sensualitatis ut qui videt aliquas
ymagines verum non esse sicut Actuum x°.
petrus quando vidit vas de celo descen-
dens plenum omnium generum animalium et audi-
uit vocem dicentem sibi macta et man-
duca. Moyses videbat Exodi iii°. Rubum ar-
dere unde ait vadam et videbo visionem hanc
magnam. Contemplationis ut in excessu pauli
ii° Corinthiorum xii°. qui raptus fuit ad tercium celum.
Extasis est arrogantie quando superbe
reputat homo comprehendere quod non potest
ut cum dauid cognouisset non sicut deus aliquis
gloriatur. Ps. i°.

Exultatio sine gaudium erit quando
non magis homo gaudebit de alieno
bono quam de suo et semper viuet
vita bona et interminabili. Exultatio
est varia unde Prouerbiorum xiiii°. Extrema gau-
dii luctus occupat. Exultatio sine gau-
dium interminatum est plenaria unde Iohannis
xvi°. gaudium vestrum nemo tollet a vobis
et alibi, ut gaudium vestrum sit plenum.
Exultationes sine gaudia eterna aut
septem que nullus homo in hoc mundo
habet quamuis esset rex totius mundi que a
sanctis omnibus absque timore amittendi pos-
sidentur: vita sine morte, iuuentus sine
senectute, lux sine tenebris, gaudium
sine tristicia, pax sine discordia, volun-
tas sine iniuria, regnum sine mutatione
scilicet quia corpora erunt agilia, subtilia,
incorruptibilia, impassibilia, gloriosa. Ex-
tant sine gloriantur sancti in deo unde
ii° Corinthiorum x°. Qui in gloriatur in domino glorietur.
De interiore conscientie unde ii° Corinthiorum i°. gloria
nostra hec est testimonium conscientie nostre. De pre-
miis unde Romanorum xii°. spe gaudentes. De spe
Prouerbiorum x°. Expectatio iustorum. De fratrum
conuersione unde i° Thessalonicensium ii°. vos estis
gloria nostra. Item Luce xv°. Gaudium erit
domino in celo etc. De peccatorum euersione
unde Psalmo lvii°. letabitur iustus cum viderit

vindictam de deo timore unde Psalmo
cxxi°. letatus sum in hiis que dicta
sunt mihi. Item Psalmo xxxii°. Exultate
iusti in domino. Extant sine gaudent
mali mala de malorum perpetratione unde
Prouerbiorum ii°. Quid gloriaris in malicia.
Item Prouerbiorum ii°. gloriantur cum male
fecerint. De temporalium bonorum affluen-
cia unde Iob xxi°. Ducunt in bonis
dies suos et in puncto ad inferna de-
scendunt. Item Luce xii°. Anima mea
multa habes reposita in annos pluri-
mos. Item Prouerbiorum viii°. In prosperitate illius
dominationis et gloria de superba dominatione unde
Matthei xxiii°. Amant primos recubitus
in cenis et vocari ab hominibus rabi.

Edus est christus ut in Exodo
xii°. Tollite et edum et immo-
labitis christum qui venit in similitudinem
carnis peccati. Edus conuersus
unde Genesis xxviii°. Mittam tibi edum
de capris, quia christus etiam de gen-
tibus per predicatores suos corripit.
Edus peccator ut Genesis xxxvii°. In-
tinxerunt Ioseph in sanguine edi, scilicet tunicam
sui, tinxerunt quia christum iudei acsi esset
peccator de peccato redarguebant. Edi reprobi
ut Matthei xxv°. pastor segregabit oues
ab edis quia christus electos a reprobis separa-
bit. Edi peccata carnis ut Genesis xxvii°.
pellicibus edorum circumdedit me quia tamen
dominus apparuit christus acsi peccata in suis operi-
bus habuisset. Edi cogitationes im-
munde ut Canticorum i°. pasce edos tuos iuxta
tabernacula pastorum, vel istos immundos
sensus tuos adiuste reprobos. Edi
gentiles prime ut in Genesis xxvii°. ut
faciam ex eis escam patri meo quibus
libenter vescitur, quia de gentibus
penitentiam dominus vescitur.

Edom sanguineus et terrenus iste
ut Ysaie lxiii°. Quis est iste qui
venit de Edom, id est qui ascendit
de mundo. Edom carnales quasi ut Genesis

xxv°. Et vocatum est nomen eius Edom, quia qui carnem spiritui preponit iure carnalis vocari debet. Et cetera.

Edom petra ut ps. cxxxvi°: memor esto domine filiorum Edom quia qui claritatis superne patrie apparebit actus qui aperto contrariantur domus Edom comprobabit. Edom populus iudaicus ut Num. xx°: Noluit Edom transitum prebere Israel per terminum suum quia populum gentilem ad legis noticiam lex iudaica dispiciebat admittere. Edom gentilitas ut Gen. xxxvi°: reges regnaverunt in Edom priusquam esset rex in Israel quia in gentibus fuerunt homines sancti antequam populus iudaicus esset assumptus. Edom dyabolus ut Ier. xlix°: Audite consilium domini quod iniit de Edom, id est suscepit sedem Christi, que iniit pro ad destruendum dyabolum. Edom infernus ut Ezech. xxv°: faciam in Edom vindictam meam, id est faciam in inferno acta Christi ei expolians eum et inde electos meos educens.

Elate palmarum sunt triumphi spirituales ut Cant. v°: Come eius sicut elate palmarum quia electi qui arto capiti Christi inherent vicia temptancia viriliter vincunt.

Electrum est Christus ut Ezech. 1°: Et in medio eius quasi species electri quia in novissimo die apparebit iudex vivorum et mortuorum, id est Christus qui deus et homo est, sicut ex argento et auro electrum conficitur.

Emictoria sunt duo testamenta ut Exo. xxviii°: faciant de auro purissimo emictoria quia utriusque testamenti claritate sapiencia splendet.

Ensis est vigor continencie ut Cant. iii°: uniuscuiusque ensis super femur suum quia electi per rigorem mortificant membra sua que sunt super terram. Ensis acumen predicacionis ut I Reg. xxv°: accinctus est David ense suo quia ad bellandum impietatem dyaboli armatus est Christus predicacione sua.

Engaddi fons edi et est baptismus ut Cant. i°: Dilectus meus mihi in Engaddi quia Christus quem diligo specialiter in eis apparet qui baptismo loti sunt. Engaddi penitencia ut I Reg. xxiiii°: Ecce David habitat in locis tutis Engaddi quia Christus in illis habitat quos penitencia reddit securos.

Equus est quilibet predicator ut Job xxxix°: Ascendit equitem et ascensorem eius quia dyabolus in simulatoribus suis quosque vivere facit et qui dominatur ei deum contempnit.

Erugo est superbia ut Mat. vi°: ubi tinea et erugo demolitur, id est nolite in operibus vestris hominibus placere et illud per superbiam amittere.

Eruca est luxuria ut Joel 1°: residuum eruce comedit locusta quia pravus quilibet qui luxuriam deserit statim de castitate superbit.

Erinacii sunt penitentes ut ps. ciii°: petra refugium herinaciis quia Christus misericorditer suscipit penitentes.

Ericius vicium est ypocrisis ut Ysai. xxxiiii°: ibi foveam habuit ericius quia in pravo homine vicium in excusacionibus latet. Sequitur.

Es fortitudo angelorum ut Job xxxvii°: celi solidissimi quasi ere fusi sunt quia in fortitudine magna confirmati sunt. Es bona actio ut Exo. xxv°: aurum argentum et es, id est sapiencia predicacionem et bonam operacionem. Es cor insensibile ut Job vi°: nec caro mea enea est, id est cor enim insensibile non est. Es dampnacio ut Job xx°: irruet in eum arcus ereus, id est in eternam dampnacionem. Es robur incorruptum ut Ezech. xl°: ecce vir cuius species erat quasi species eris qui Christus divina fortitudine incorrupta roboratus est. Es predicacio ut Ezech. 1°: quasi aspectus eris candentis, id est predicacionis ardentis. Es vera fortitudo ut Job xxviii°: lapis calore solutus in es vertitur, id est cor durum igne divini amoris affectu ad veram fortitudinem convertitur. Es constancia longanimitatis ut Job xli°: reputabit quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum es.

quia timeri in acie faciet eius fortitu-
do deficiet dum per violentiam diaboli
et sensus predicatorum in quibusdam absci-
ditur et patientie longanimitas dissipa-
tur. Ensis ingens sunt flagella minantia ut Ezech.
xxi°. dicit quod est ensis quia qui in persequutione
posita sunt prorupit in vocem minantis
quod est dicitur in medio fornacis

Esebon angustium merroris et est
sancta ecclesia ut Cant. vii°. Oculi tui sicut piscine in Esebon
predicatores baptizant in aqua est
cor compunctum ut psalmus et Ie. xlviii°. Esebon
confessus est de Esebon i. amor dum de
corde compuncto prodit

Esca est corpus Christi ut ps. c. x°.
Escam dedit timentibus se. i. car-
nem suam dedit hiis qui timent eum.
Esca refectio patrie celestis ut Iob xxxix°
Inde contemplatur escam quia contem-
platur quanta sanctitas est in celo. Esca
simplex doctrina ut ps. cxlvi°. tri-
buit iumentis escam ipsorum i. parat ydoneis
doctrinam eis congruentem. Esca
desiderium ut ps. ciii°. ut des illis
escam i. ut impleas desiderium eorum. E-
sca quibus sancta ut in propheta / esca eius e-
lecta / quia cum viuum sermonem sibi dya-
bolus in corpore capit. Esce sacrificia legis
ut in paulo non escis que non profuerunt
confidentibus in illis.

Estas est regnum dei ut luce xxi°.
Scitote quoniam prope est estas i. regnum
dei. Estas vita presens ut pro. vi°. pa-
rat in estate escam sibi i. spirituales re-
fectiones in presenti vita. Estas dies iu-
dicii ut pro. xx°. mendicabit in estate et
non dabitur i. in die iudicii suffragium
vite postulabit et non percipiet. Estas
pastus quibus ut ps. lxxiii°. Estatem
et ver tu plasmasti i. tu formasti et in-
cipientes. Sequitur

Ethar sunt angeli ut pro. viii°.
Quando ethera firmabat sursum i. quando
in superna ciuitate angelos confirma-
bat. Ethar prelati noui testamenti ut Iob
xxxv°. Contemplare ethera quod altior te
sit i. vide in patribus noui testamenti
quod deus sublimior te sit

Eternum est quod principio et fine ca-
ret ut Eccli. xviii°. Qui viuit in eter-
num creauit omnia simul quia qui ille qui
fine caret et initio sit et visibilium
naturam et inuisibilium naturam in angelis
fecit. Eternum quod habet principium et fine
caret ut in ps. lxxxviii°. Misericordi-
as domini in eternum cantabo / quia electi
misericordias cantare incipient sed numquam desi-
nent. Eternum pro presenti seculo ut Exo.
xv°. Dominus regnabit in eternum et ultra
i. in hoc seculo et in futuro. Eternum quoque
ponitur in sacra scriptura pro numquam ut
Iohannis xiii°. Non lauabis mi pedes in eternum.

Ethiopia mundus iste
ut Iob xxviii°. Non adequabitur ei
thopazius de ethiopia quia nullus
in hoc mundo quantumcumque splendidus sit
Christo qui est super omnes comparari potest.
Ethiopia gentilitas ut ps. lxvii°.
Ethiopia preueniet manus eius quia
populum iudaicum gentilitas preueniet. E-
thiopia caterue peccatorum ut Abacuk iii°.
pro iniquitate vidi tentoria ethiopie
i. contemplatus sum latitudinem peccatorum
pro iniquitate esse dampnatam

Ethiopes sunt peccatores ut in ps.
lxxi°. Coram illo procident ethiopes
i. penitendo coram eo se prosternent peccatores

Exactor est dyabolus ut Iob xxxix°.
Non exaudiunt vocem exactoris
i. non consentiunt suggestioni dyaboli
temptatoris. Exactor concupiscentia ven-
tris ut Iob viii°. clamorem exactoris
non exaudit. i. ventris concupiscentie
non moderate non obedit. Exactor
consuetudo mala ut Ysa. xiiii°. quo-
modo cessabit exactor. i. quomodo accessit ut
violata peccati consuetudo cessaret

Exploratores estis ut videatis infirma
terre venistis ut Gen. xlii°. quia
numquam sancti esse finiunt aliorum vicia

explorent si forte aliqua infirma i(n) o(mn)is
deprehendant que arguerent Exploratores
duo testamenta ut Iosue ii.
mi(s)it Iosue ad Iericho duos explorato-
res quia xpc duo testamenta ad ciuitatem
destinauit Exploratores predicatores
ut iiii. Regum xiiii. Vere sunt exploratores
terre quia predicatores post predicatione(m)
sua(m) redeunt ad scriptos

Exercitus est multitudo angelorum
ut iii. Regum xxii. Omnem exercitum
celi assistentem ei quia angelorum mul-
titudo deo assistit Exercitus demo-
num ut Exo. xv. Exercitum eius proiecit
in mare quia multitudinem demonum
dampnauit in inferno Exercitus vita
ut Iob. xxx. Et ululatum exercitus
i(d est) serui(t)udo vitarum Exercitus sancti marti-
res ut Apoc. xix. Exercitus qui sunt
in celo sequebantur eum i(d est) martires qui
carnem in mundo mortificabant xpm

Exitus sunt defectus ut in Canticum
Ezech. xxxii. Ite ad exitus viarum
i(d est) illos vocate qui in bono opere fecerunt
non sunt Exitus corruptos ut Psalmo.
Cxviii. Exitus aquarum deduxerunt
oculi mei i(d est) corruptos fletuum Exitus
relictio peccati ut Psalmo Cviii. In exitu
Israel de Egypto i(d est) quando electus deserit peccatum
suum et recedit ab illo Vel dicatur inferius
exordium principium et initium et circuitus
primum sequens principium exordium

Ebur est vita sanctorum patrum
ut iii. Regum x. Tribunal de ebure
antiquo i(d est) sanctores qui
precesserunt Ebur incorruptio carnis
xpi ut Cant. v. Venter eius eburneus
i(d est) corpus eius ab omni corruptione
peccati alienum Ebur castitas ut Cant.
vii. Collum tuum sicut turris eburnea quia
sanctos esse predicatores et sublimitas
contemplatione et incorruptio commen-
dat castitatis Ebur fortitudo sanctorum
ut iii. Regum x. Fecit Salomon thronum de
ebore quia in passionibus xpc de fortitu-
dine sanctorum suorum consistit et exitum

Fabrices
Falsitas
Famis
Fauces
Fenia
Festiuitas
Fenestre
Fidelis
Fides
Fiducia
Filius
Filius
Finis
Finis
Flagella
Fletus
Fermentum
Forma
Forpitam
Fres
Fructus
Fruga
Fulgor
Fumus
Fundamentum
Funiculus
Fractura
Fustimbus
Falces
Factura
Flamma
Forma
Fragmentum
Fragmen
Francica
Fauces
Frutex
Femella
Fel
Femur
Fenalia
Femina
Fenum
Fenestra
Fera
Ferrum
Ferculum
Festuca
Ficum
Fex
Fiala
Ficus
Filia
Fimbria
Firmamentum
Fistula
Fiscella
Folium
Foramen
Forcipes
Fortis
Fortitudo
Frons
Fornax
Fossa
Fouea
Fulgur
Fulmina
Flumina
Fluctus
Flacenta
Funda
Fumus
Fur
Furor
Fungus
Frumentum
Faber
Sed deus fecit
refecit et refor-
mabit nos

Facies est deus pater ut ait Mt.
.xviii. Angeli eorum vident faci/em patris i. deum presentem inge/ter intuentur. Facies xpi
ut pso. .xii°. Quousque aver/tes faciem tuam a me, i. quo/usque diu differes mittere xpm
quem missurus es. Fa/cies gratia dei ut pso .xxvi°. Ne avertas
faciem tuam a me. i. ne deneges in futu/ram gratiam tuam. Facies notitia dei ut pso.
.Ciiii°. Querite faciem eius semper. i.
desiderate omni tempore pertingere ad ag/nitionem dei. Facies benivolentia dei ut
pso. ubi supra Ne proicias me a facie
tua etc. i. ne priues me etiam a benivo/lentia tua. Facies scientia dei ut pso.
.ix°. Avertit faciem suam ne videat in
finem. i. non habet scientiam qua possit scire
mala nostra. Facies presentia dei ut Aba/kuk .iii°. Ante faciem eius ibit mors.
i. ubi deus presens est ibi dyabolus non valet
non potest. Facies animadversio dei ut
Job .xiii°. Tunc a facie tua non abscon/dar. i. si talis fuero animadversionem tuam
non timebo. Facies fides ut Ezech. i°.
Quattuor facies uni quia una fides est
in quattuor evangelistis. Facies ecclesia
ut Apoc. i°. Et facies eius sicut sol lu/cet, quia sancta ecclesia a xpo illuminatur.
Facies cor hominis ut Job .xi°. Leva/bis ad deum faciem tuam. i. erigens ad
deum cor tuum. Facies intencio ut Job.
.xv°. Operuit faciem crassitudo. i. nimia
habundancia corrumpit intencionem eius. Fa/cies conscientia ut Mt. vi°. Faciem tuam
lavabis. i. conscientiam tuam purgabis. Fa/cies predicator omnis ut Job xvi°. Facies
mea intumuit a fletu. i. predicatores mei
repleti sunt luctu. Facies bona actio
ut Cant. ii°. Ostende michi faciem tuam.
i. bonam operacionem tuam. Facies vetus
lex ut ii Cor. iii°. Posuit velamen
super faciem suam, quia vetus lex vela/mine legis tecta est. Facies presentia
antixpi ut Job .xli°. Faciem eius precedet
egestas quia appropinquante presencia anti/xpi inopia felicitatis erit in mundo. Fa/cies dei est similitudo imago et similitudo
dei unde pso. lxxix°. Ostende nobis domine
faciem tuam et salvi erimus. Item pso.
Lxvi°. Deprecatus sum faciem tuam in
toto corde meo. i. xpm videre et per/ primum adventum vel ait de secundo
adventu. Deprecatus sum faciem tuam.
i. maiestatem divinitatis. Facies dei est
pura divinitas sive ipsa maiestas unde
Exo. xxxiii°. Moyses ad deum ait Ostende
michi faciem tuam. Et deus: non
videbit me homo. Item apostolus i. Cor.
xiii°. Videmus nunc per speculum et in en/igmate etc. Facies dei est manifesta/tio unde Gen. xxxii°. Vidi dominum facie
ad faciem. Facies dei est cognitio ma/iestatis eius ut in pso. l°. Averte faciem
tuam a peccatis meis. Facies dei splendor est
gratie unde pso. lxxix°. Ostende nobis
faciem tuam et salvi erimus. Glorie quando
videbimus deum facie ad faciem. Vindicte
ut pso. l°. Averte faciem tuam a peccatis
meis etc.

Falsitas est cogitationis unde pso.
xl°. Cogitabant contra me ser/monem nequam unde pso. lxiii°.
Sagitte parvulorum facte sunt plage eorum.
Simulatoris unde de prima dicitur Intrinsecus
sunt lupi rapaces Mt. vii°. De secun/da ibidem Attendite a falsis prophetis. De ter/cia ibidem qui veniunt ad vos in vestimen/tis ovium.

Facinus nephas flagicium diffamat
ut infra in vitiore.

Fames dicitur inmoderatus appeti/tus comedendi sed valde famat qua non
habeat homo nisi peccasset et comedisset.
Fames est que tantum est pena ut
ii. Cor. xi°. In fame et siti in fri/gore et nuditate. Fames est que est
culpa et pena unde Trenorum iiii°. Par/vuli pecierunt panem et Ysa. lxv°.
Ecce servi mei comedent et vos esurietis.
Fames est iustitie, que est meritoria
unde Mt. v°. Beati qui esuriunt et sitiunt

iusticiam. Fames est inopia morte ut Job xviii°. attenuetur vobis fame robur eius quia impius quamvis propter inopiam sterilitate spiritualem fortitudinem non habet. Fames temptacio ut Job v°. In fame eruet te de morte, id est in temptacione eruet te proteget te ne consencias. Fames taciturnitatis mala ut Amos viii°. Non famem panis neque sitim aque sed audiendi verbum domini.

Femina est carnalis affectus ut Glosa super Genesim, quia diabolus carnales affectus desiderat inponere. Femina pro sexu accipitur ut Genesis i°. masculum et feminam creavit eos, quia duplex sexus masculinus scilicet et femininus generaliter humanum deus instituit. Per feminam mors in mundum. Per feminam Joseph incarceratus fuit. Urabeth orrisus. Sampson vinculatus. Symbozeth interfectus. Salomon factus apostata. David homicida et proditor. Zacharias clanno confusus. Johannes baptista decollatus. Adulterio qui beato Job filios et filias et possessiones suas abstulit, ut ipsius sola reliquit uxorem non ad consolationem viri, sed ad pre consummationem malicie, ut per feminam quam persequere non potuerat vinceret et quem verberibus nesciebat verbis vinceret. Unde est quod viro suo inter alia dicebat: Benedic deo et morere, id est male dic et vive.

Fertilitas sive fecunditas triplex est, ut infra in fecunditate. Fermentum est caritas, ut in ewangelio Luce xiii°. Fermentum abscondit mulier in farina sata tria, quia fermentum sufflatur, scilicet caritatem. Mulier sapiencia divina. Farina corda vel cogitaciones. Tria sata tria genera hominum, homines naturalis legis, homines scripte legis, homines gracie, vel tres virtutes anime: racionabilem, iram et concupiscenciam. Mulier ergo in tribus satis farine fermentum abscondit, quia dei sapiencia Christus dominum caritatis cunctis fidelium cordibus dedit. Fermentum elacio ut i Cor. v°. Modicum fermentum totam massam corrumpit, id est modica elacio multa bona destruit. Fermentum simulacio ut Luce xii°. Attendite a fermento phariseorum quod est ypocrisis. Fermentum malicia ut i Cor. v°. Expurgate vetus fermentum, id est vetustate malicie vos emundate. Fermentum appetitus laudis ut Levitici ii°. Panis absque fermento, id est bona opera sine appetitu laudis humane. Fermentum ponitur quoque in malo, ut i Cor. v°. Expurgate vetus fermentum, id est consorcium veteris peccatorum qui alios corrumpit. Vetus fermentum vocat hic manentem elacionem vel vite vetustatem que per novitatem vite est purganda. Item Marci viii°. Cavete a fermento phariseorum et Matthei xvi°. et a fermento Herodis. Fermentum phariseorum est simulacio religionis, tenacitas avaricie, intemperancia cupiditatis. Fermentum Herodis est homicidium, adulterium, temeritas mundi. Fermentum cuius admixtione tota massa corrumpitur avaricia est et incontinencia clericorum que subditos pravitatis imitacione corrumpit. Sic septimum est sacerdos qui unctus est si delinquerit delinquere faciat populum Levitici iiii°. Eciam cum sicut laicus simplex nisi quod premium spiritualem videtur facientis.

Fidelis dicitur in commissis unde apostolus ad Thimotheum i°. Deo cum credidi et certus sum. Fidelis in promissis unde apostolus ad Romanos xv°. Dico enim Christum Jhesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem ad confirmandas promissiones patrum. Fidelis dicitur homo, id est verax in verbis unde dicitur: Da pacem domine in diebus nostris. Vel aliter dicitur homo fidelis unde prima via credendi est Abraham fidelis.

Fides est credere quod non vides. Ideo est meritum fidei ubi latet quod creditur ut super illum locum legitur, Psalmo cix°. Sede a dextris meis. Fides quoque ponitur pro consciencia unde apostolus ad Romanos xiiii°. Omne quod non est ex fide peccatum est, id est ex consciencia, id est quod fit contra conscienciam, id est licet

sit bonum de genere bonorum. Fides est
virtus qualitas informata caritate
unde apostolus ad Hebr. xi°. fides est
substantia sperandarum rerum. De hac dicitur i. Cor.
xiii°. Si habuero fidem sic ut montes
transferam etc. Haec est substantia aliarum
virtutum prima petit campum dubia sub
sorte dubia pugnat fidem sine ista
deo placere non possumus ad Hebr. xi°.
Fides est mentis qualitas informis
de qua dicitur i. Cor. xiii°. Si habuero pro
phetiam et novero misteria omnia et
omnem fidem i. non informatam carita
te. Fides dicitur illud quod credimus i. colla
tio articulorum fidei unde Augustinus episcopus
haec est fides catholica etc. Item quicumque
vult salvus esse etc. Fides dicitur motus
fidei unde fides i. motus fidei est fun
damentum aliarum virtutum. Fides dicitur
credulitas quedam que nascitur de apparen
tibus que meritoria non est unde Iohannis
xiiii°. Nunc dixi vobis prius quam fiat
ut cum factum fuerit credatis. Fides dicitur
res fidei unde tendentes de fide in fidem
unde dicitur fides cum formata et fides corpore
h̃ cospira. Fides vinculum matrimonii servata
et reservata unde tria sunt bona coniugii fi
des proles et sacramentum. Fides alia
est credere qua credimus deum esse et hanc
est qua demones credunt et contremiscunt
Iacobi ii°. Alia est consensus qua cre
dimus deo et verbis eius hanc habent soli
fideles scilicet credendo et ita est alia qua
credimus et alia qua credimus. Alia est
confidentie scilicet credere in deum quam habent
soli iusti. Credere enim in deum est fide et
caritate tendere in eum. Unde non absurde
invenerit aliquis virum peccatorem qui
est in ecclesia corpore et non mente nomine
et non re. Immo non merito cum enim talis
dicat credo in deum non tamen huius
modi cogitationibus scilicet ordine dominica in
simbolo loquitur fidelis non in propria persona
sed in persona generalis ecclesie sicut sacerdos
cum dicit oremus. Fides quandoque magna
est ut Matth. xv°. O mulier magna est
fides tua i. quantum ad cognitionem et perseve
rantiam non quantum solum ad cognitionem

Aliquando modica vel parva de qua dominus
Petro dixit Matth. xiiii°. Modice fidei quare
dubitasti. Modicam habebat quantum
ad constantiam non quantum ad devotionem. Et
ideo non est contrarium quod scriptura primo fides quandoque
est magna et parva et magnitudo parvi
relata sunt aliter vero non diceretur sicut mons
est magnus sic milium est parvum.
Fidei articuli sunt xii. Primus credo in deum
et pertinet ad patrem. Secundus et in Ihesum
Christum et pertinet ad filium dei. Tertius qui
conceptus est de spiritu sancto et ille pertinet ad
filium hominis. Quartus passus sub Pontio
Pilato. Quintus tertia die resurrexit. Sex
tus ascendit ad celos. Septimus inde
venturus est iudicare etc. Octavus credo
in spiritum sanctum. Nonus sanctam ecclesiam. Decimus
remissionem peccatorum. Undecimus carnis
resurrectionem. Duodecimus vitam eternam. Et
non quod Lugdunensis episcopus quesivit a
magistris Parisiensibus quare in simbolo
apostolorum Nicenis quod in missa cantatur
non apponitur ille articulus fidei descen
dit ad inferna. Ad quod responderunt quod ideo
sic. Quia cantatur in die dominica qua
deleta est mors per resurrectionem Christi et
evacuatus est descensus ad inferos.
Aliqui dicunt quod hic totum passus sub Pontio
Pilato crucifixus mortuus et sepultus
descendit ad inferos est unus articulus
et sub maiori parte minor intelligitur.
Aliqui dicunt quod ante passionem Christi omnes descen
debant ad inferos certum autem et si sequere
tur consequens est quod descendit ad in
feros. Alii dicunt idem. Ideo non est ap
positum quia sola anima Christi descendit et
sic mirum propter synodo Niceno dicitur descen
disse. Et subintelligitur in hoc articulo pa
ssus et vim consecratio vel transsubstantiatio
que est unus articulus fidei. De baptismo
autem merito non sit hic quia non est articulus
sed particula. Fides est iustitia unde
Gen. xv°. et ad Rom. iiii°. Credidit Ab
raham deo et reputatum est ei ad iu
stitiam i. ad remissionem peccatorum et ad
bone vite consumationem. Fides est

benedictio .i. eterna beatitudo unde dominus
in Gen. xii. et xxii. In te benedicentur
omnes gentes .i. in semine tuo .i. in Christo bene
dicentur eterna benedictione. Item Jacobi
ii. Sicut corpus sine spiritu mortuum est ita
fides sine operibus bonis mortua est. Ite
de fide ipsa veritas dicit Johannis xiiii. Qui
credit in me opera que ego facio et
ipse faciet et maiora horum faciet. &
exponit hunc auctoritatem sic in margine glosa
tum. Item super illum locum apostoli ad
Gal. v. Nam in Christo Jhesu neque cir
cumcisio aliquid valet neque preputium sed fi
des que per caritatem operatur. Dicit
glosa. Fides sine operibus mortua est
.i. non salvat et fides sine dilectione
demonis est. Jacobi ii. Nam demon
credit et contremiscit. Sunt autem non
credentes tardiores sunt et peiores
quam demones quamvis sic intelligitur non tamen
simpliciter. quia ita sane intelligendum
est dico quod tamen quantum ad confessione fidei ple
na est terra. Sed contra conquerimur Jere.
vii. Periit fides de terra. putas
enim filius hominis si veniet quod non
inveniet super terram Luce xviii. Neque
reputavit hic fictam et fidem contemp
tam et negligentiam. Que meliores
indicat credulitatem demonum quam quo
rundam infidelium. Demones enim credunt
et contremiscunt &c. homines credunt et
non contremiscunt. Demones quoniam
credunt veneantur. homines qui credunt
non timent neque venerantur. Et ideo
quamvis de contemptu iudicantur.
Non fallam igitur quamvis nomine fidei quia
quecumque fides debeat ad iustitiam repu
tari. eterna ut ait Jacobi ii. Fi
des sine operibus mortua est. Item super
epistolam ad Hebre. xi. Filii iste qui fide
mac fulserunt. Fide obtulit Abraha
filium suum Isaac et fide obedivit deo
dicenti. Exi de terra et cognatione tua
et de domo patris tui. Fide muri Jeri
cho corruerunt septem dierum circuitu.
Josue vi. Sancti per fidem vicerunt re
gna operati sunt iustitiam sed opera iustitie
equum nisi inde adepti sunt repromissiones
.i. ea que repromiserant ut victorie
et alie multe repromissiones que facte sunt
patribus ut David Abrahe et aliis ob
turaverunt ora leonum ut Daniel qui non
tantum homines vicerunt sed etiam bestias. Ex
tinxerunt impetum ignis ut tres pu
eri missi in fornacem Nabuchodono
sor. Effugerunt aciem gladii ut Jo
sue David et multi alii. Convalu
erunt de infirmitate ut Ezechias et
Job. Fortes facti sunt in bello ut Josue
Judas Machabeus et alii multi. Castra
verterunt in fugam exterorum .i. inimicorum.
Acceperunt mulieres de resurrectione mor
tuos suos acceperunt per Heliam et
Elizeum de resurrectione scilicet venientes.
Item de fide in Johanne capitulo primo. Quotquot
receperunt eum dedit eis potestatem filios
dei fieri hiis qui credunt in nomine
eius. Qui autem non credit in eum iam iudicatus
Jo. xi. Ego sum resurrectio et vita qui
credit in me &c. Jo. xx. Quia vidi
sti me Thoma credidisti. Jo. ii. Fides tua
te salvum fecit. et dominus archisinagogo
Luce viii. et Mar. v. Crede tantum et
sanata erit filia tua. Item ad Hebre.
xi. Impossibile est sine fide placere deo.
Item Mar. xvi. Qui crediderit et bap
tizatus fuerit salvus erit. Item Num. xx.
Dixit dominus ad Moysen et ad Aaron
quia non credidistis mihi non introducetis
populum hunc in terram promissionis. Item
Jo. iii. Qui non credit iam iudicatus
est.

Fiducia vana et falsa consistit in quatuor in divi
tiis. i. Thimo. vi. Noli te sperare
in incerto divitiarum. Item Ps. xlviii.
Qui confidunt in virtute sua et in multi
tudine divitiarum suarum gloriantur. In
bonis corporis sicut qui putant solius
corporis sufficere capacitatem. Quibus dicitur
Jere. vii. Nolite confidere in verbis men
dacii dicentes templum domini templum
domini templum domini est. In verbis ipsis
unde in Ps. xxxii. Fallax equus ad

salutem. Iustitia unde Ier. xvi. Non
glorietur fortis in fortitudine sua
nec dives in diviciis suis sed hec sapi
encium sapientia sua / quia hec et huius
modi non sunt vera / et tamen amittere
ea ut salutem et alia temporalia in
animas unde Ier. xvii. Maledictus
homo qui spem ponit in homine ut
ps. c. xlv. Nolite confidere in prin
cipibus etc. Sequitur

Filius est triplex unde ps. lxxxv.
filius ancille tue. Filius secundum ge
nerationem ancille esse dicitur illius secundum ge
quod est incorporatione ut in evangelio Luce
vii. Defunctus efferebatur mortuus filius
unicus matris sue quia omnis qui ad
vitam penitendo redit filius est esse
Filius iudeorum populus in evangelio Luce
xv. Erat filius senior in agro quod
vocatio ad fidem populus gentilis predicans in
doctrina in exterioribus operatur Filius pro
digus in evangelio Luce xv. filius meus
mortuus fuerat et revixit i. populus gen
tium redit per incredulitatem redigit
ad vitam per fidem Filii angeli
ut Iob i. Cum adessent filii dei ad venissent
filii dei quia boni angeli filii summi
patris sunt Filii apostoli ut Act. xxvi.
Non possunt filii sponsi lugere i. apostoli
dolere Filii iudei ut Act. xv. Non
est bonum sumere panem filiorum i. salutem iudeis
debitam destinatam Filii viri sancti
ut in epistola Iohannis i. ca. iii. Nunc
filii dei sumus quia per fidem et
opera bona ex deo nascimur Filii illi
qui de bona vita ad iniquitatem
redeunt ut ps. xvii. filii alieni inve
terati sunt et claudicaverunt a semitis
suis quia a bonis actibus recesserunt
et ad peccata redierunt Filii peccatores alio
rum ut Iob xv. longe fiant impii
a salute quia qui impii quilibet
ad iniquitatem sequuntur ad veram salutem
non pertingunt Filii heretici ut
in ps. c. xliii. Filiorum os locutum
est vanitatem i. hereticorum qui predicant
errorem Filii auditores cuiuslibet

heretici ut Iob xxvii. Si multiplicati fu
erint filii eius in gladio erunt quod
omnes heretica quidem doctrina susceperunt
falsam quotquot fuerunt ad dampnacionem
pervenient Filii homines a deo crea
ti ut Iob xix. Orabam filios uteri
mei i. homines quos orando genui
ipse homo factus habuit exaudivit
Filii opera bona ut i Thimo. ii. Salvabi
mur per filiorum generacionem i. nostra facta
per bonorum operum multitudinem Filii
carnis generatione ut Act. i. Abraham ge
nuit Ysaac Item Luce xv. Pater
peccavi non sum dignus vocari fi
lius tuus quod nos dicimus dicere
deo Filii sunt condicione unde Ian
i. filios enutrivi et exaltavi gratie
apposicione unde Io. i. Dedit eis
potestatem filios dei fieri adopcione
unde ps. lxxxi. Ego dixi dii estis
et filii excelsi omnes Dignacione unde
ad Gal. iiii. filioli mei quos iterum
parturio Isti sunt filii amici Ethna
hereditate unde Act. v. Beati pacifici quoniam
filii dei vocabuntur Et hoc modo non
sunt iudei filii Imitacione ut Act. v.
ut sitis filii patris vestri qui in celis est
Filii sunt diffidencie unde Ephe. ii.
Spiritus qui nunc operatur in filios diffi
dencie quod active vel passive potest
intelligi i. qui diffidunt vel de
quibus diffiditur Filii sunt ire unde
ad Ephe. ii. Vos eramus natura filii
ire i. vindicte pene gehenne i. de
bitores dampnacionis eterne Filii meriti
natura dicuntur quia pietate pro nobis ho
mine vivum moliuntur pro nobis Fi
liorum alii sunt filii hominum alii sceleris alii demonis
alii dei / Primi sunt per naturam / secundi
per imitacionem / tercii per instruccionem / quarti
per adopcionem / Primi generantur per car
nis concupiscenciam / secundi ex prava sug
gestione / tercii ex aqua et spiritu sancto

qui ex meritis et gratia. De primis
dicitur ps. iiii. filii hominum usquequo
gravi corde. De secundis dicitur Aug.
dicens Jo. viii. vos ex patre dia-
bolo estis. De tertiis dicitur ps. lxxxiii.
ecce filii dei, certe primitiae ad
opus sancta ubi ait v. dicit parasti
Filius est vel homo de muliere
sine mare ut Christus secundum corpus. De ma-
re sine muliere ut Eva. nec de ma-
re nec de muliere ut Adam. De ma-
re et de muliere ut nos. Filius est per-
ditionis ut Antichristus. Iniquitatis ut
Judas. Serpentinus ut Judaei genim-
mina viperarum. Diaboli ut dictum
est vos ex patre diabolo estis. Fi-
lius est vel homo terrae ut ait in o
ut Adam. costae ut Eva. Jo. viii.
hominis scilicet virginis. scilicet dei et hominis
ut nos omnes.
Fons est Christus ut Zach. xiii. fons
patens de domo David id est
de domo David incarnatus. F-
ons triplex est. est enim fons erudi-
tionis, caritatis, beatitudinis. Fons eru-
ditionis rigat. Fons caritatis sanat.
Fons beatitudinis inebriat ut in ps. xx-
xv. Inebriabuntur ab ubertate domus
tuae. Fons ergo quia est doctrina
quia caritas quia beatitudo. De hoc
vero dicitur in ps. xxxv. apud te
est fons vitae quia cum deo est aeterna
felicitas quae nunquam per mortem deficit.
Fons eruditionis est signatus per illu-
minationem vel manifestationem. unde prov.
v. fontes tui foras id est doctrinam
tuam aliis derive et aquas tuas in
plateis divide id est in illis qui habent
latitudinem caritatis. Fons caritatis
signatus est per dilectionem. unde sit tibi
proprius fons enim non contrect alienus a
fonte enim caritatis alienus est hereticus
vel infidelis existens in mortali peccato.
Fons sancta ecclesia ut Cant. iiii.
ecclesia conclusus fons signatus quia sancta
ecclesia germina in se virtutum continens
indignis secreta mysteria non revelat.
Fons anima humana ut Cant.
iiii. fons hortorum puteus aquarum. quia
in sancta anima habitatio est utilium et
vitalium cogitationum. Fons poena
mortalitatis humanae ut Jo. iiii.
Jhesus fatigatus ex itinere sedebat sic super
fontem quia non in infirmitate assumpta
ornatus id est poena mortalitatis nostrae se
humiliari permisit. Fons peccatum avari-
tiae ut Gen. ii. fons ascendebat de
terra irrigans universam superficiem terrae quia
de mente avari procedit cupiditas
quae radix est omnium malorum et poena-
rum quae meruit esse. Fontes
praedicatores ut Ysa. xii. haurietis
aquas in gaudio de fontibus id est per-
cipietis verba salutis de praedicatoribus
veritatis. Fontes doctrinae spirituales
ut ps. ciii. Emittis fontes in conval-
libus id est doctrinas spirituales cordibus humili-
bus. Fontes sacrae scripturae ut ps.
xvii. In ecclesiis benedicite deum de fon-
tibus Israel id est qui praedicitis in ecclesia
de scriptura sanctorum. Fontes dona
internae gratiae ut prov. v. Deriventur fon-
tes tui id est dona spiritualia quae prae-
cepisti foris ad consolationem proximorum.
unde Fontes peccatorum ut Ezech. xxxi.
De stillabit domus fontes eius quia
domus in ecclesiis sunt peccata quibus cum
hostes tenebrat dicit.
Fimus est Christus ut ps. cxii. erigens
a terra inopem et de stercore erigens pauperem. (?) Et quia
pauperem non vivit in fimo. capitulo
xviii. pater pauperum prae non po-
terit quivis apud electos peccatum. Fi-
mus accipitur pro consummato conculcatur
simila tela per damnum id est consumpta vel
consummata. Fimus pro conscriptis ac-
cipitur cum dicitur fimus est tibi vel fimus
est candela vel expensa et humor. Sicut
dicitur id est conscriptio memorum et dedica-
tionis cordis vel unde Christus est umbra
Christo sunt fimus. Fimus est consuetudo
diuturna scilicet malitia in peccatum ad culpam

in futuro ad penas sempiternales. Finis est legis per adimpletionem. Finis somni. Finis est exitus vite. unde i Re. ii° b. dominus iudicabit fines terre. Finis quo dicitur et finis quo ad omnes dirigitur refert sicut qui sine fine. Finis est distinctio ut abacuk ii° b. et hebre x° g. Cum venturus est veniet et non tardabit. Tunc non erit timor in finibus nostris per quod quedam distinctio inter corpus et animam intelligitur. Finis impletio ut Ro. x° a. Finis legis christus quia legem non veni solvere sed adimplere. Finis mors carnis luce xviii° a. In finem dilexit eos i. adeo dilexit ut pro ipsis moreretur. Finis vita eterna ut psalmo xxxviii. Notum fac michi finem meum i. notifica michi gaudium eternum. Finis eternus intuitus ut psalmo xlv°. Laborabit in eternum et vivet in finem i. semper primum et et in eterno intuitu subsistet. Finis eternitas ut psalmo ix°. Non in finem erit oblivio pauperis i. interim humilem non oblivisceretur deus. Finis populi gentilis ut in psalmo. Deus dominabitur Iacob et finium terre. i. non solum in populo iudaico sed etiam in gentili dominium suum exercebit. Finis mentis cogitationes ut psalmo xciiii°. In manu eius sunt omnes fines terre i. in potestate eius est disponere internas cogitationes anime. Finis extremitas hominis ut i Re. ii° c. Dominus iudicabit fines terre quia secundum quod homo in novissimo inventus fuerit iudicabitur etc.

Flagella sustinet homo de quibus de causis ut infra de pena.

Flere debemus pro peccatis nostris propriis sicut David faciebat dicens psalmo vi°. Laboravi in gemitu meo etc. Et hic pro peccatis ne relinquantur in futuro punienda. Unde timens ille dicebat psalmo xxxvii°. Domine ne in furore tuo arguas me. De presentibus ut sunt in homine et gratia negliguntur unde apostolus i Corinth. xi° a. Vere michi constitutus sum. Item psalmo xviii°. Delicta quis intelligit. De futuris ne attendant unde psalmo xxviii° c. Beatus qui semper est pavidus et quia semper flendum est propter peccatis propriis presentibus et futuris. Quidam dicunt sacerdotes. Dimittat tibi deus peccata preterita presentia et futura peccata i. veniam de preteritis presentia i. cautelam de presentibus futuris i. cautelam de futuris. Flere debemus pro alienis dicentes cum psalmista psalmo cxviii°. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Item psalmo cxviii°. Tabescere me fecit zelus domus tue. Sic nos flevit dominus Iohannis xi° d. super lazarum et super civitatem videns illam luce xix° f. Quia si cognovisses et tu i. si cognovisses peccata tua et tu fleres sicut et ego. Et apostolus ii Corinth. xi° f. Quis infirmatur et ego non infirmor. Flere debemus pro dilatione beatitudinis sicut ille qui dixit psalmo cxix°. Heu michi quia incolatus meus etc. Quarto flendum est pro dignitatione celestis patrie sicut ille qui dixit psalmo cxxxvi°. Super flumina babilonis etc. Flumina babilonis sunt omnia que hic amantur super que sedemus ea contempnendo et flemus non de alia re flemus nisi pro syon ut multi faciunt qui flent pro dampnis temporalibus et persequtionibus que nobis sunt utilia et gaudent licet. Et quam beati sunt qui nunc flent in hiis que ipsi videbunt luce vi° c. Et quam beati qui in hiis lugent quoniam ipsi consolabuntur mat. v° a. Quia qui seminant in lacrimis in exultatione

incedet ps° cxxv° Cum abstra
get deus omnem lacrimam ab
oculis sanctorum apocalipsis xx° A / lacrime
iste sunt preuenientibus natiuitate / Secunda
est aut auctas ubi lacrime habu
dant ibi sordide cogitaciones non appro
ximant sed lacrimarum / alie sunt
pie quas fundimus pro nobis ut
ps° vi° laboraui in gemitu meo
Secundam magis pie quas fundimus
pro aliorum que si non aliis nobis
tamen prosunt unde ps° cxxv° Eun
tes ibant et flebant mittentes
semina sua / quod quidem magnum est
fratres mei / antiquitus sudarium ferebat
ad tergendum affluenciam lacrimarum
Cum ibus dictum est / beati qui nunc
fletis luce vi° c / dicit enim beda
in martirilogio suo Et per orare
nimis semper sudarium et in manu
et in sinum propter affluenciam lac
marum quas emittebant oculi sui
portabat / et tales lacrimas delec
bedunt oculi nostri Ie ix° a / Secundum multi
nolunt placare deum effundentes
copiam lacrimarum unum in dilu
uio aquarum inundare ad deum non
approximabunt ps° xxxi° Quando
enim valent lacrime nisi ex corde
contrito et humiliato prodeant ut
inquit augustinus v° a / Quarum lugent secundum
animo quod ipsi consolabuntur Est
autem luctus in lacrimarum effusione
in dolore animi Quia secundum in dolore
animi diuiditur in irriguum superius
et in irriguum inferius / irriguum
inferius diuiditur ut habetur Iosue
xv° a / in planctum pro peccatis propriis
de quo dauid ps° vi° laboraui
in gemitu meo etc. / Et in planctum
pro alienis de quo secunda Corinthiorum xi°
g / Quis infirmatur et ego non infir
mor Et in planctum propter diuersi
tatem patrie exilii unde memor est

planctus dicentium ps° cxxxvi° / Su
per flumina babilonis etc. / Irriguum
superius attenditur in planctum pro de
siderio patrie celestis unde Ro vii°
quod per angelum dominus nobis com-
minatur ... angelus ad Abraham
Gen. xviii° / Hoc anno veniam
ad te vita comite et habebit sa-
ra filium / Et apostolus Hebr. vi° di-
cebat: Si deus promisit et iuravit
Si deus voluit periurare sine pe-
riurio est periculum iurare quod semper

penitentiam est ut peniteat sine penitu-
re est irrisio penitentie quod non
est penitentia sed adhuc vult remanere
in quibus se iniunxit. Illud autem quod
est mortale peccatum / tunc eum quod in
caritate debet penitere, et de hoc
quod peccatum iniunxit tenetur satisfacere.
[I]acinctus est celeste desiderium ut
Exo. xxviii a. Aurum et argentum
et es et iacinctum i. sapientiam elo-
quentiam predicatorem et celeste deside-
rium. Iacinctus prima celestia ut Cant.
v. Manus illius tornatiles auree plene iacin-
ctis quia opera que christus in homine
exercuit a claritate sapientie fulgescunt
et celestibus premiis digna sunt.
[I]aspis est fides ut Ysa. liiii c.
Ponam iaspidem propugna-
cula tua / quia ad fidem multipli-
candam miracula domini in terra.
[I]anua est christus fecit
ut in euangelio Mat. xxi b. Inve-
nietis pullum alligatum ex ianuam
i. populum gentilem peccatis irretitum sine
christo. Ianua gloria ut Apoc. iiii a.
Et aperuit in celo ianuam i. ostendit
in gloriam. Ianua mea ut Mat. xxv
b. Clausa est ianua i. sublata est
misericordia. Ianue sunt ut ps. Ianuas
celi aperuit i. sensus sacre scripture
aperuit et manifestavit.
[I]bices sunt predicatores ut Job.
xxxix a. Numquid nosti tempus
partus ibicum i. numquid tu deprehen-
disti quomodo predicatores alios per exempla
precedentium parere debent. Ibices viri
perfecti ut i. Re. xxiiii a. Et super ab-
ruptissimas petras que solis ibicibus
pervie sunt / quia per magis perfecti-
onibus suis [illegible] alie due
tribulationes quas soli perfecti communiter
tollerare possunt.
[I]dumea est gentilitas ut ps.
lix. In Idumeam extendam
calciamentum meum i. usque ad
gentilitatem perveniam faciam fidem
incarnationis mee.
[I]mago. Imago est ipsa divinitas ut
Gen. i f. Faciamus hominem ad
imaginem et similitudinem nostram
quia secundum aliquid homo deo in aliquo
assimilatur. Imago est prava ut
ps. lxxii. In civitate tua imagi-
nem eorum ad nichilum rediges / quia
exempla prava in anima et deceptiones he-
reticas in terra deprehendit.
[I]mpetigo est avaritia ut Levit.
xxi f. Si impetiginem in corpore
i. si avaritiam exercuit in operatione.
[I]mber est christus ut Osee vi. Ve-
niet nobis quasi imber tempora-
neus et serotinus terre / quia christus
venit qui per mundum gentilitatem et per
modum iudeam humore sue gratie
infundit. Imber predicatio divinita-
tis ut Job xxxvii c. Et imbri for-
titudinis sue i. predicatori divinitatis
sue. Imber exuberans doctrina ut
Job xxxviii c. Quis dedit vehe-
mentissimo imbri cursum / quia
solus deus facit ut doctrina exube-
rans ab homine suscipiatur. Imber hu-
milis doctrina ut Ysa. v b. Man-
dabo nubibus ne pluant super eum
imbrem i. predicatoribus meis ne [illegible]
humilem ei doctrinam infundat. Im-
ber habet et recessit Cant. ii c. i.
persecutio cessavit. Imbres verba
doctorum ut Job xxiiii c. Quos
imbres montium rigant quia humiles
verba doctorum sublimium infundit.
[I]ncus est cor diaboli ut Job.
xli c. Et stringetur quasi malle-
atoris incus / quia tunc dampna-
tionis temporibus dyabolo tradetur.
[I]ridia est mundus iste
ut Job xxxviii d. [illegible]
[illegible] tincti indicie coloribus quia

xpc diuitib9 et nobilib9 h9 mundi
comparandus non est

Inauris est oblacio ut Job xlij c
Qui autem auream vnam | qz
xpo fideles sui oblacionem spontaneam
cum caritate offerunt

Infans est xpistus ut ysaie ix c
Delectabitur infans ab vbere
quia xpc ab ipsa natiuitate sua de
lectatoz sentate possedit Infans
quilibet electus ut Gen xvii c Infans
octo dierum circumcidetur in vobis | quia
quilibet electus in resurrectione vltima
ab omni carnis corruptione liberabitur In
fans sermo dei ut in Exo | Si forni
catus fuit infamis . i. si sermo dei ad
bonum iam in aia pducit effectum

Insule sunt ecclesie ut ps xcvi Le
tentur insule multe . i. ecclesie

Intestina sunt archana verba dei
ut Exo xii b | Caput cum pedi
bus et intestinis comedetis . i. diui
nitatis xpi misterium et humanitatis
atque structore vero eius spiritualiter intel
ligetis Intestina interiora mentis
sunt ut Leuit i c | Lotis intestinis
aqua | quia tunc deo placet
sacrificium nostrum si mentis nostre inte
riora aqua compunctionis fuerint mun
data Sequitur

Institor est xpc ut prou xxxi c
Facta est quasi nauis institoris
quia xpc ecclesiam suam ad portum
quietis eterne perducit Instito
res sunt apostoli ut Job xl xpomis
Non concident eum filij instito
rum quia apli qui filij pphetarum
sunt synagogam ad fidem non
perduxerunt

Iordanis ordo baptizatorum
ut Job xl c habet fidu
ciam quod influat iordanis in
os eius | quia non solum infide
les sed etiam fideles sed etiam fide
les se dyabolus putat Iordanis
est humilitas ut ps xli | Memor

ero tui de terra iordanis . i. de
stabilitate humilitatis mee tui
recordabor Iordanis muta
bilitas huius vite ut iiii Reg ii
c | Helias et Elizeus transierunt
iordanem per siccum | qz xpc
et eius sequaces | per instabili
tatem huius seculi nudo vesti
gio transierunt

Iuncus vnus est quilibet auditor
ut ysaie xxxv d | Orietur
in ea viror calami et iunci
in ecclesia est spiritualium magistrorum sci
tas et discipulorum

Iuniperus est stabilitas cari
tatis ut iii Reg xix b | Cumque
sederet subter vnam iuniperum
petiuit anime sue ut moreretur
quia pfectus quilibet quando in per
seuerancia ardentis caritatis per
seuerat tunc cupit dissolui et
esse cum xpo | qz iuniperus dum
ignem finaliter ascendit Iuniperi
peccata ut Job xxx a | Radix
iuniperorum erat cibus eorum | qz
acupia peccatorum est delectatio prauorum

Iugum est domini
xpi ut mt xi g | Tollite iu
gum meum super vos . i. suscipite
dominium meum Iugum religionis
ut ps ii | proiciamus a nobis iugum
ipsorum . i. resistamus ne imponant
nobis xpianam religionem Iugum
captiuitas ut Eccl xl a | Graue
iugum super filios adam . i. magna
captiuitas detinet genus humanum
Iugum cultus iusticie ut Tre
norum iii c | Bonum est homini cum
portauerit iugum ab adolescencia
sua . i. cultum iusticie super se in
fancie a primeua etate sua Iugum
peccatum ut ysaie x c | Computre
scet iugum a facie olei | quia desi
stet peccatum in presencia spiritus sancti

Iugum ponderosa habitacio in
ferni ut ysa. ix° b / Iugum enim
oneris eius superasti i. ponde
rosam habitacionem inferni claus
tris demersisti / Iugum quadri
partitum est / primum est xpi / secundum
mundi / tercium peccati / quartum infer
ni / Primum exornat sanctitas iusti
cie / secundum exinanivit vanitas
superbie / tercium polluit iniquitas
criminum / affligit calamitas
pene. Sequitur
Iumenta que scilicet in armo ad
procreandum prolem quem
unt predicatores designat ut
psalmo lxxvii° / Tradidit grandi
ni iumenta eorum i. misit prole
ac dari predicaciam eorum / Iume
ta sensu pigriores in Job xii° b
Interroga iumenta et docebunt te
quia in hiis non invenies qui sensu
pigri sunt si queris doctrinam
invenire poteris / Iumenta virtutes
ut psalmo lxxvii° / Iumenta eorum in
morte conclusit i. spirituales eorum
virtutes peccatis implicatas peremit
Iumenta predicatores in psalmo ciii°
producit fenum iumentis i. inferio
ribus temporalia confert sub
sidia predicatoribus / Iumenta sim
plices ut psalmo lxv° / Iumenta eorum
non sunt minorata i. simplices
ecclesie minorata non permisit
Iumenta luxuriosi ut Ioel i° f
Computruerunt iumenta in ster
core suo i. carnales vitam finierunt
in stercore luxurie sue / Iumentum
est caro xpi ut Luce x° f / Impo
suit eum in iumentum suum
quod peccata humana que in corpore
suo portavit / Iumentorum similes
[illegible] ut psalmo lxxii° / Ut iumentum
factus sum apud te i. similis sum
in conspectu tuo / Iumente brute

Iumentum mentes ut psalmo cxlvi°
qui dat iumentis escam ipsorum / Iu
menta escas accipiunt dum men
tes brute scripture parabolis pa
scuntur et pabulo / Iumenta secu
larium implicamenta ut Iudith iii
n° a / Nos servi tui habemus
plurima iumenta ne faciat nos
transire Iordanem / Plurima iume
ta possidet qui multis secularibus
implicamentis involvitur
Iuvenes sunt fortes ut in epistola
Iohannis ii° d / Scribo vobis iuve
nes quia vicistis malignum i.
vobis spiravi fortibus quod diabolum
superastis / Iuvenes lascivi ut psalmo
lxxvii° / Iuvenes eorum comedit
ignis i. lascivos eorum consumpsit li
bido / Iuvenes leves ut Iob xx
ix° c / Videbant me iuvenes et
abscondebantur i. qui leves mori
bus erant coram me non audebant
Iuventus est apparere
prima etas hominis ut psalmo
lxxvii° / Docuisti me a iuventute
mea i. a prima etate mea
Iuventus inicium bone conversationis
ut Deut° xxxiii° g / Sicut dies iu
ventutis tue ita et senectus tua i.
qualem devotionis fervorem habuisti in
primordio conversationis tue / talem et
modo habeas in fine tuo / Iuven
tus restituta ad bonum ut psalmo ciii°
Renovabitur ut aquile iuventus
tua i. ad instar aquile a prava
vetustate tua in sancta novitate
commutaberis / Iuventus est culpe
ut psalmo xxiiii° delicta iuventutis mee
Ignorancie sed etatis ut psalmo xxxvi°
Iunior fui / Item psalmo cxlviii°
Iuvenes et virgines seniores cum
iunioribus etc. / gracie ut psalmo
xlii° Introibo ad altare dei / glo
rie ut psalmo ciii° Renovabitur
ut aquile iuventus tua / spiritus
ut psalmo lxx° / Spes mea a iuventute

castitat / vt ysa . lxij . c . habitauit iuuenis cum virgine . Erroris uel temptationis vij pro . xxiiij . delicta iuuentutis mee etc. / Item pro . cxviij . In quo corrigit adolescentior viam suam

Impius iudaicus populus xpistum persequens ut Job . xxvi . c . Sit impius inimicus meus / quia plebs iudaica que immittatur primo impietate plena est . Impij quibus ... bus ut Job . xxvij . hec est pars impij hominis / quia quibus ... bus partem cum dyabolo in eterna pena habent . Impius antixpistus ut pro . ix . Dum superbit impius incenditur pauper quia dum mundum antixpistus attollitur humiles abiecto opprimuntur . Impius antixpistus hostis ut in Job . Terra data est in manus impij quia caro xpisti tradita est in potestate dyaboli ad passionem

Indolatij sunt qui non sentiunt dolorem et qui a deo flagellantur et non emendantur / tales non saluat fidei domini sed ... / quia corporaliter sequitur de k .

Kalendas aliquando in bono ut ... xxxvi . b . In solempnitatibus et kalendis et sabbatis ... aliquid in malo ut ysa . i . d . Eate kalendas vras odiuit ... Sequitur de l .

Labia
Labor
Laqueus
Lacus
Latitudo
Laudatio
Lavacrum
Lectus
Lex
Leo
Leena
Liber
Libertas
Ligant
Lignum
Littera
Lingua
Lucerna
Lutum
Labrum
Labrusca
Lac
Lactuce
Lacerta
Lagunctula
Lagena
Lamina
Lamia
Lana
Lancea
Lapis
Lampas
Laquearia

Later
Labis
Latus
Latomi
Lationes
Loquela dei
Legislator
Legatus
Legatio
Lepus
Lesa
Leprosus
Lena
Leuiathan
Libanus
Lilium
Limen
Linum
Linea
Lippus
Litus
Locus
Lancea
Lacus
Longitudo
Lorum
Lux
Lucifer
Lumen
Lumbi
Lumbare
Lima
Lupi
Luter

Labia sunt verba xpisti vt cant . v . g . labia illius distillancia mirram / quia verba xpisti voluptatem carnalium contempnere et mortificationem diffundunt . Labia sunt iudicia dei ut Job . xi . b . Et aperiret labia sua tibi . i . reuelabit iudicia sua tibi . Labia sunt dilectionis ut pro . lxv . Reddam tibi vota mea etc. Simulationis ut ysa . xxix . b . populus hic labijs me honorat etc. Consonancie scilicet duo testamenta ut pro . cxl .

195

99

In cimbalis bene sonantibus laudis vel ps. Cxviii. Eructabunt labia mea etc. / Confessionis ut ps. l.° Domine labia mea aperies. Contricionis ut Abacuk iii.° d. Ad vocem contremuerunt labia mea. Labia clausa sunt quandoque per peccatum ut Ezech. xvi.° d. Non est speciosa laus in ore peccatoris / quandoque propter indignitatem auditoris ut act. viii.° b. Noluite sanctum dare canibus / quandoque propter infirmitatem auditorum ut Jo. xvi.° b. Multa habeo vobis dicere. Labia dicuntur duo testamenta propter doctrinam ut Ecc. xvi.° a. Ex utroque septa sunt etc. / propter consonantiam quia duo sunt enim consona preceptis promissis et misteriis spiritualiter intellectis / propter propagacionem sicut enim rota in medio rote Ezech. i.° d. Labia mea polluuntur loquendo ut detrahendo et vana inhonesta loquendo / ps. xxxiii.° d. Prohibe linguam tuam a malo etc. / Tacendo ut ps. xxxi.° Quoniam tacui inveteraverunt omnia ossa mea / ossa i. interior fortitudo mea / quia tacui non tacenda et clamavi non clamanda. Item ysa. vi.° c. Ve michi quia tacui. Item ysa. lvi.° f. Canes muti non valentes latrare. Labia predicatorum ut Can. iiii.° b. Sic vitta coccinea labia tua quia predicatores dicuntur fluidas cogitaciones restringunt. Labia oris loquacio ut Job xix.° e. Tantummodo labia circa dentes meos quia quando passus est Christus sola de illo apostoli verba habuerunt. Labia duo testamenta ut ps. xv.° Nomen eorum per labia mea i. per duo testamenta mea

Labor manuum adeo est necessarius ut propter ociosos dicit apostolus ii Thess. iii.° c. Qui non laborat non manducet. Item ps. Cxxvii.° labores manuum tuarum quia manducabis etc. / Item Jeronimus

semper aliquid facito operis ut te occupatum inveniat dyabolus. Contra desidiosos qui non laborant instituit apostolus dicentem / qui non laborat etc. Contra ipsum qui dicit Gen. iii.° f. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Labor est intelligencia scripturarum unde in sudore vultus tui etc. In expectatorie ut ii Cor. xi. In fame et siti etc. / Laborare quandoque vitant propter humilitatem ut Jer. i.° b. Puer sum ego et nescio loqui / propter pigriciam ut Mt. xxv.° c. / d. Qui abscondit pecuniam domini sui propter timorem ut Jo. x.° b. Mercenarius vero lupo fugit etc.

Laqueus est gracie ut Eccli. vi.° e. Effili inice pedem in compedes sapiencie. Culpe ps. Cxviii.° Funes peccatorum circumplexi sunt me. Pene temporalis vel ps. Cxxiii. Laqueus contritus est etc. / Pene eterne ut Mt. xxii.° c. Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Laqueus suggestio ut ps. xc. Ipse liberavit me de laqueo venancium i. de suggestione temptacionum demonum. Laquei decepciones ut ps. x.° Pluet super eos laqueos ignis etc. i. effundet super impios decepciones

Lacus est culpe ut ps. xxxix.° Eduxit me de lacu miserie. Pene ibidem Et de luto fecis i. gehenne ut Zach. ix.° e. Eduxisti nos de lacu in quo non erat aqua. Lacus infernus ut ysa. xiiii.° d. Cum hiis qui descenderunt in lacum i. cum hiis qui ierunt in infernum. Lacus calamitas mundi ut ps. xxxix.° Eduxit nos de lacu miserie i. de mundi calamitate. Lacus corrupcio carnis ut ps. xxvii.° Assimilabor descendentibus in lacum et talis ero qualis illi sunt qui in carnis corruptionem cadunt. Lacus vicia ut ps. xxix.°

Saluasti me a descendentibus in
lacum .i. a profunditate viciorum
Latitudo e caritas
ut Exo xxvij° / Latitudo
atrij centum cubitorum quia
caritas omnium perfectorum habet virtu-
tum Latitudo est cupiditatis in-
mic ut Ysa v° b / Ve vobis qui con-
iungitis domum ad domum et agrum
agro / Interminabilis pene vnde Ysa
v° d / Dilatauit infernus super me
os suum apertorum vnde ps° Cxviij°
Ambulabam in latitudine quia man-
data tua quesiui / Retribucionis
premiorum ut Ysa lx b / Tunc mi-
raberis et afflues et dilatabitur cor
tuum In malo vage leticie ut Job
xxxvj° d / Saluabit te de ore an-
gusto latissime

Laudacio est que non est ideo
nec ex deo ut hystrionum Alia
que est in deo sed non de deo ut
cum cantatur de aliquo sancto Alia
que est in deo et de deo ut cum can-
tatur de trinitate vel de aliqua tri-
um personarum Laudabitur deus
in futuro corde et lingua ps° Cxlix°
Exultaciones dei in gutture eorum
quia in corde et lingua non desi-
nent laudare dominum Laudatur in
presenti lingua et opere / lingua
laus virtutis predicando Opere bene
agendo vel viuendo Non enim desi-
nit deum laudare qui non desinit
bene agere vel bene viuere Laudat
deum racionalis creatura corde ut
ps° Cxlv° Lauda anima mea do-
minum Item ps° ix° / Confitebor
domino in toto corde meo Item ps°
lxx° Sed et lingua mea meditabitur
iusticiam tuam / Ore ut ps° xxxiij°
Benedicam dominum in omni tempo-
re / Opere ut j Cor x g / Et collo
mo° Siue comedimus siue bibimus
omnia in nomine domini faciatis Exo
vij° Mt v° b / Sic luceat lux vestra
coram hominibus ut etc Laudat
dominum irracionalis creatura materiam

laudis prestando Danielis iij Bene-
dicite omnia opera domini domino Sed unus-
quisque caueat ne aliquo predictorum mo-
dorum laudet deum in terra aliena
.i. in consciencia aliena per mortale pec-
catum a deo alienata / vnde ps° C
xxxvj° Quomodo cantabimus canticum domini
in terra aliena Laudatur deus
male momentanee vnde ps° xlviij°
Confitebitur tibi cum benefeceris
ei Scelerose quando scilicet fuga de deo p-
dicantur falsa ut Job xiij° b / Numquid
deus non indiget mendacio Insu-
perficiae ut Ysa xxix° b / populus hic
labiis me honorat etc / Indigne
in ps° xlix° peccatori dixit deus
quare tu enarras iusticias meas
Et eciam Ecc° xv d / Non est speciosa laus
in ore peccatoris Ad similitudinem agri-
cole qui dum stercorat agrum
suum totus in luto est et in stercori-
bus et non est pulcher labor eius et
si sit fructuosus Sed quando colliget
manipulos perfecte tunc labor est
speciosus et dulcis Ita laus peccatoris
Postquam autem conuersus fuerit in laude dei
delectabitur Laudatur deus bene quando
omnia opera sua bona que scit tribuit
iuxta illud Ysa xxvj° d Omnia opera
nostra operatus es in nobis / Continuo
vocis laudamus deum ut ps° xxxiij°
Semper laus eius in ore meo Continuo
bona operando ut qui bene semper
agit deum bene semper laudat Su-
per illum locum ps° lxx° / Et
lingua mea meditabitur iustifi-
cationes tuas / dicunt sancti Tota
die deum laudat qui omnia bene
agit Nec desinit laudare qui non
desinit bene agere Non desinit bene
agere qui non desinit iustus esse
Si laudem humanam queris diuinam
amittis Si laus dei queritur mun-
dana remuneratio amittitur Laus
non est perfecta in via propter magnitudi-
nem materie propter continuacionem

quia iniquitas continuabitur. Et quia
non possumus deo placere propter fomi
tem peccati quamvis nobis est vij. Ro.
vij° c. Non enim quod volo facio. Et
quia impeditur cura temporalium ut
ps. xxiiij°. De necessitatibus meis eri
pe me. Et quia non habemus hic plenam
cognitionem ut j. Cor. xiij° b. Videmus nunc
per speculum in enigmate. Et quia fini
etur laus ista vnde Johannis c. Ve
nient dies in quibus neque in monte hoc nec
Jerosolimis adorabitis patrem.
Laus vero perfecta erit in futuro quia
erit vocalis et non cessabit ut ps.
cxlix°. Exultationes dei in gutture
eorum, quia ut dicit glosa in cor
de et lingwa non desinent laudare
deum. Et exponitur de futuro. Lau
dent te labia proximi et non tua
pr. xxvij° a. Non enim qui seipsum co
mendat sz ipse inter se sed quem deus com
mendat ille probatus est ij. Cor. x° g.

Lavacrum est baptismi ut Ezech.
xxxvj° f. Effundam super vos
aquam mundam. Item penitencie
d. Lava me et mundi grote. Penite
ncie vnde ps. l°. Amplius lava me domine
ab iniquitate mea. Elemosine Luc.
xj° f. Date elemosinam et omnia mun
da sunt vobis. Perfectionis. Istud
dividitur in duo scilicet in fletum qui
est pro delictis et gemitum qui est
pro desiderio patrie celestis. Pro
peccatis proprioribus plorat propheta cum
dicit ps. cxviij°. Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei. Jer. ix° a.
Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis lacrimarum ut defle
am interfectos filios populi mei. Et
ps. vj°. Laboravi in gemitu meo. Et
pro desiderio patrie celestis ut ps.
ps. cxxxvj°. Plorabat dicens heu
michi quia incolatus meus prolongatus
est. Primum recipiunt neophiti, secundum
penitentes, tercium misericordes,
quartum recipiunt perfecti

Lectus est scripture ut in tanto
amoris Cant. j° g. Lectus noster flo
ridus. Contemplationis vnde
mat. xxiiij°. Duo erunt in lecto vnus
assumetur et alter relinquetur. Lux
ut Cant. iij° c. Lectulum Salomonis
sexaginta fortes ambiunt. Conscie
ut ps. vj°. Lavabo per singulas
noctes etc., id est per singula peccata mea
flendo mundabo conscientiam meam. Eterne
dampnationis Job xvij° f. In tene
bris lectum meum. Eterne beatitudinis
vnde Luc. xj b. Pueri mei mecum
sunt in cubili. Carnalis voluptatis
vnde Amos vj° b. Ve vobis qui lasciui
tis in lectis eburneis. Item ps. cx
xxj°. Si ascendero in lectum strati mei
id est si summa prosperitas esset in delectatione
corporis mei. Lectus est superior
ut Luc. xj b. Pueri mei mecum sunt
in cubili. Inferior scilicet sensualitatis vnde
mat. ix b. Tolle grabatum tuum. Ex
terior scilicet temporalia vnde Joel ij°
d. Egrediatur sponsus de cubili
suo. Interior scilicet conscientia vnde mat. vj° a.
Intra in cubiculum tuum. Lectus est
cura ut ps. xl°. Dominus opem ferat
illi super lectum doloris eius etc. Deus
faciat eum curam sua superiorem.
Lectus vigilius sensus ut Apocal. ij
f. Mitte Jezabel in lectum, quia nimi
rum peccatorem dominus non immissum in
reprobum sensum cadere permittit. Le
ctus est ocium sanctum vt Cant. j° g.
Lectulus noster floridus, id est ocium nostrum
ocium in virtutibus floret. Lectus
spei interna ut Job vij° c. Consola
bor in lecto meo, id est recipiam consola
tionem interna spe mea. Lectus quietis
mentis vt Cant. iij° a. In lectulo meo
per noctem quesivi quem diligit anima
mea, quia devota anima in presentis
vite obscuritate in quiete sua deum
querit. Lectus etiam beatitudo vt
Cant. iij° c. Lectulum Salomonis lx fortes

ambiunt / et etiam habitudinem in qua
typus est qui doctrina se et opera-
tione perfecti sunt speculantur. Sed
Lex triplex est.
Lex mosayca scilicet vetus testamentum
ut ait v° b. Non veni legem
solvere .i. vetus testamentum sed
servare. Naturalis scilicet illa Quod tibi
non vis fieri alteri non facias
Et ait vii° c. Quod vultis ut
faciant vobis homines etc. Evangelica
ut ait v° f. Diligite inimicos
vestros benefacite hiis qui oderunt vos
et hiis similia. Est preterea alia
lex que data fuit in paradyso
Genesis ii° d. De omni ligno para-
disi etc. In lege est qui secundum
legem agit voluntarie legi obe-
diens. Sub lege est qui secundum legem
agit timore necessitate coactus. Et
liber iste sive legem solvit iudeus
non secundum spiritum sed secundum literam
intelligendo. Hereticus falsitate
admiscendo. Malus secundum intel-
ligentiam non operando. Hiis mo-
dis Christus non solvit legem sed adim-
plevit. Quod vero dicitur in evangelio
Christus solvit legem quando sanat le-
prosum non est contrarium quia sanan-
do leprosum cerimoniales leges
solvit. Lex carnis .i. fomes peccati
ideo dicitur lex quia cum homo no-
luit obedire suo maiori .i. Christo
iustum fuit ut lex ei data fuisset
quod suum scilicet caro non obediret ei.
Lex in duabus tabulis scripta ideo
fuit quia mandata ibi scripta ad
duo referuntur scilicet ad dilectionem
Dei et proximi Exodi xxxiiii°.
Lex dicitur quandoque totum vetus testa-
mentum quandoque decalogus scilicet decem
precepta legis. Quandoque largo modo
quinque libri moysi. Septem prophete
et agiographi. Quandoque caritas
ut ad Gallatas vi° b. Alter alterius
onera portate. Quandoque quinque libri
moysi ut Luce xxiiii° g. Aperuit
dominus sensum discipulis ut intel-
ligerent que de eo scripta in lege
prophetis et psalmis scripta sunt. Lex
est moralis que observata per-
fectum faciebat ut observancia deca-
logi primicie et decime. De hac
legitur: Lex tempore suo custo-
dita observatoribus suis non tantum
bona temporalia sed eciam promitte-
bat eterna. Lex est cerimonialis
que consistit in purificationibus
et cerimoniis legis. Et dicebantur
cerimonie quia huiusmodi hostiis pu-
tabant se mundari a carne .i. a
viciis. Et ita nemo merebatur.
Et de hac scribitur Hebre. vii° c.
Lex neminem duxit ad perfectum. Lex ve-
tus umbra dicitur. Nam sicut umbra
similis est corpori ita figura verita-
ti unde Ozee xii° c. Ego in manibus
prophetarum assimilatus sum. Propter obscuri-
tatem unde Psalmo xvii° tenebro-
sa aqua in nubibus aeris. Propter
iniquitatem ut Hebre. vii° c. Ne-
minem ad perfectum adduxit lex.
Lex libri psalmorum ut Io. x° f. Non-
ne scriptum est in lege vestra .a. in libro
psalmorum Ego dixi dii estis Psalmo lxxxi°.
Lex pentateucum ut Luce xxiiii° f.
Oportuit impleri omnia que scripta
sunt in lege .i. in pentateuco de me.
Lex decem verba legis ut Iacobi
ii° d. Quicumque totam legem im-
pleverit .i. decem verba que decalo-
gum vocantur servaverit. Lex cor-
reptio ut Proverbiorum xx[illegible]. Legem dabit
delinquentibus in via, quia vos filios
suos flagellabit in presenti vita etc.
Lex caritas ut Iob xi° b. [illegible]
multiplex est lex eius .i. quia nulla bo-
na veniunt de caritate. Lex scienciarum [illegible]

tarine et bonum desiderium ut Ro. vii.
f. legem in membris meis repugnan-
tem legi mentis mee .i. stimulum
tarnis repugnantem bono desiderio
cordis Sequitur
Leo quod aptus ut Apoc. v. b. Ecce
vicit leo de tribu iuda / quia
xpus superavit dyabolum orta-
que tribu iuda Leo martir dei ut
Salom. pro. xxx. f. Tria sunt que
bene gradiuntur / et quartum ince-
dit feliciter / leo fortissimus bestiarum
et nullius pavebit occursum / hic
quod martir qui pedem tinxit in sang-
wine ut tandem volet super pen-
nas ventorum Leo quod dyabolus
ut i. pe. v. b. adversarius vester dyabo-
lus tamquam leo rugiens / quia dyabolus
semper rapere studet fideles Leo
zabuli .i. princeps impius vel peccatus
de quo pro. xxii. d. piger leo foris
quod in medio platearum terret et ate-
rit eos qui latam currunt viam
que ducit ad mortem / primus leo
quod vita / secundus vivus / tercius mor-
tuus mortuus / leo vivus prope-
diatur martir qui non timet quid
faciat homo de quo Salom. pro. xxx. f.
Tria sunt etc. / leo mortuus est qui
egressus in statu peccati vel rebus in vita
ut Eccl. ix. b. melior est canis
vivus .i. ydiota et simplex qui et-
si voce sua aliquid non instat spiritualis
tamen vite bonis operibus / leone mortuo
.i. cuius per exemplo in statu et vita re-
probo Leo iustus deus index ut Amos
iii. d. leo rugiet .i. deus iudicabit
quis non timebit Leo quod quilibet peccator
fortis ut pro. xxviii. a. Iustus quasi
leo confidens absque terrore erit
quia secura conscientia sue innititur
nec potest terreri Leo quod populus iudai-
cus ut pro. xvi. Susceperunt me
sicut leo paratus ad predam / quia crude-
lis ille populus paratus erat ad occiden-
dum xpm Leo quod austeritas legis

ut Iudicum xiiii. c. Examen apium
in ore leonis quia multitudo dul-
cium et minarum simare de loqu-
cione legis Leo quod imperator roma-
nus ut ii. Thymo. iiii. c. Et libe-
ratus sum de ore leonis .i. de ti-
more neronis imperatoris Leo
quilibet crudelis ut i. Re. xvii. d. leo
vel ursus tollebat arietem quod crude-
lis et immundus nititur opprimere hu-
milem Leo quod antixpus ut ps. x. c.
Insidiatur leo in spelunca sua .i. cui-
us in fallacia Leo quod awathos, etc. ita
ut Ezech. i. b. facies leonis et facies
hominis a dextris ipsorum quatuor Leo
quilibet raptor ut Isa. xi. a. vitu-
lus et leo morabuntur simul / quod ma-
ctatur et qui mactat in caulis
simul cum pariter tonnenciur Leo-
nes seneri doctores ut iii. Re. vii. e. In
vasis templi inter coronas et plectas
boves et leones et cherubin exculp-
ta sunt / quia ita debent plenitudi-
ne scientie doctores esse instituti ut
et bonam mansuetudinem tene-
ant et leonum fortitudinem non
amittant Sequitur
Leena quod cura ut Iob xxviii. b.
Non pertransivit per eam lee-
na quia sancta ecclesia a ple-
be iudaica inhonoratur Leena
mens humana ut Iob x. c. propter super-
biam quasi leenam capias me .i.
mentem meam ne superbiat de ma-
bus Leena mundus iste ut Iob
iiii. c. rugitus leonis et vox leene
.i. suggestio hostis et concupiscentia mundi
Liber est quidem
ut Dan. vii. d. Iudicium
sedit et libri aperti sunt / pre-
destinationis divine ut Exo. xxx-
ii. d. ait moyses aut dimitte illis
hanc noxam aut dele me de libro
vivencium / creature que cognoscit quod ta-
lis .i. celum et terram et cuncta
quia mundi visibilia per que invi-
sibilia dei quasi per speculum videntur

vt Dan ix° d. Unius libri dei etc.
Beptuitent doctrine .i. que non
potuit legere videns vir dan xii.
Claude Simones et signa libri
quia pertinebit plurimi. Et intellexi
erit scientia. Liber est qz libro scripta
sunt tria va ut Ezech ii c. q.
lamentum carmen et ve quem an
gelus Ezechieli precepit devorare
et quilibet fmo vel lectio istorum trium
istorum triums lectione meretur apud
deum in talis requiritur. Liber lai
cor est Christus Nature ut celum
et terra et omnis creatura. Pictu
re ut que sunt in cruce vel in aliis
locis habitaculi eorum. Iste liber
maculosus est et ex parte deletus
licet laici legant in isto frequen
tius quam in aliis duobus qz eos
imitari cupiunt non in bonis sed
potius in malis si aliqua fuerint.
Liber est prima dei ut ps lxviii.
deleatur de libro viventium .i. ap
pareat eos nunquam fuisse prescriptos in
presentia dei cum salvandis. Liber
vite ut apoc xxi. Liber aliquando appellatur
est qui est vite. qz Christus qui est vita
nostra in iudicio iudex omnibus mani
festus apparebit. Liber veteris testa
mentum ut apoc v° c. librum scrip
tum intus et foris .i. veteris testamen
tum continens in se misticum et his
toriacum sensum. Liber evan in
vt apoc x° c. habebat angelus
in manu sua librum apertum. quia
evangelium scilicet Christus opere compleuit. Li
bri occulta hominis ut dan vii° c. in
dicium sedit et libri aperti sunt. quia
in ultimo iudicio manifesta erunt abs
condita cordium

Libertas arbitrii triplex est a vo
luntate. a qua libera est. qz
nulla necessitate potuit cogi ante
peccatum et post libera. sic etiam tunc
cogi non poterat. Ita nec modo
et hoc habetur ex na. hac no aiiu
ssime. Libertas a pena vel mise
ria quam amisit homo per peccatum
sed in futuro reddetur per gratiam
a peccato quam amisit homo pecca
do in paradyso. sed recuperatur per
gratiam de qua ii Cor iii° c. vbi
spiritus domini ibi libertas. Et Io.
viii° c. Si filius vos liberaverit vere
liberi eritis.

Ligant vel solvunt sacerdotes tribus
modis. primo quando ostendunt homines
ligatos vel solutos ut qui scilicet
peccatum relinquere noluit vel vim confi
tentur et aliud retinet. tunc eum li
gat eum sacerdos .i. ostendit eum esse
ligatum dicens ligatus es. Dominus
enim Jo xx° c. concessit ei potestatem
ligandi atque solvendi .i. ostendendi ho
mines ligatos vel absolutos cum dicit
dimissa sunt tibi peccata tua. Solvit
.i. solutum ostendit. Secundo per satisfac
tionem pene penitentibus iniungit. et
sic solvit. Secundo cum de ea aliquid
dimittit. Tercio per excommunicationem
et solvit per absolutionem. Illos vero
solvere debet quos intelligunt per
gratiam solutos. In cuius figura la
zarus a domino suscitatur a discipu
lis solvitur ut Jo xi° c. Dominus di
xit eis. solvite eum et sinite abire
illum enim suscitatum sciebant a
domino et ideo solverunt eum. Ligat
boni malos vinculis pene vt mt
xviii° c. quecumque ligaveritis etc. Vera
clave adhibita potestatis et discretionis
et meritis exigentibus. sed quia ligat
vel solvit sine vera clave adhibita cognitionis
appetat licet iniuste sit ligatus si ser
vabit perceptum obedienciam et
sic habuit ut excommunicatus Si autem
iniuste excommunicatus erit coram deo dampna
bitur ideo dicitur iniuste. qz quamquam
fallitur ecclesia. Ligant boni bonos
vinculis iusticie vt Eccli vi° c.
Inice pedes tuos in compedes

Ligavit boni pessos vinculis
ichenevit p̄ Bo. xlix. ad alligan
dos reges eoz in compedibus. Ite
m̄ xxij. b. ligatis manibus et c.
Super hunc locum d̄ gloza Ad
illi ligabunt pena qui a malo
nolunt ligari i. cohiberi manus
ligabuntur que non fuerunt ad
elemosinam extense / na frustra
manus ad dominum tendit ut ait au
toritas Urbani s. m̄ xij. Cum
proposse suo ad pauperes non exte
dit manus / pedes illi ligabunt
qui fuerunt ad bonum tardi / ubi sin
gula membra subiacebunt penis
qui hic sub vicijs serviebunt
Item ligabuntur pena qui hic
sunt pen culpa
Lignum est vite de quo Gen.
ijo. b. et prov. iij. d. Sapia est
lignum vite qui apprehendunt
eam Lignum est scie de quo Gen. ij.
c. De ligno scie boni et mali ne
comedetis / Redemptionis ut Sap.
xiiij. b. Benedictum lignum per quod
facta est iusticia / Perdicionis ut
Ozee iiij. d. pplus meus in ligno interrogat
in ligno suo et baculus eius annu
ciavit ei et erat genus divinacio
nis vel forsitan idola lignea
Lignum est cristus ut Apoc. ij.
b. De ligno vite qd est in paradi
so dei mei i. fruitur cristo qui vivifi
cat etiam Lignum crux ut Jer. xi.
mittamus lignum in panem eius i. cor
pori eius crucem adhibeamus Li
gnum incarnata sapia ut prov. iij. d.
lignum vite est his qui apprehen
dunt eam / quia qui dei sapiam
per fidem incarnatam confitetur vitali
ab ea pasta vestitur Lignum
quodz elatus ut Ezech. xvij. d. Ego
dominus humiliavi lignum humi
le / quia qui se exaltat humiliabit
Lignum quodz humiles ut in eodem
loco Exaltavi lignum humile

qz quia qui se exaltat humiliabitur
Lignum cor hominis ut iiij. Reg. i. a.
precidit lignum et iussit illud
natavit ferrum / qz qui xpo cor hu
miliat et amissam graciam restituit
Lignum delicie spirituales ut Gen.
ij. a. Ex omni ligno paradisi
comedetis i. spirituales scie eterne
felicitatis tibi acquire Ligna scti
angeli ut Ezech. xxxi. c. omne li
gnum paradisi non est assimilatum illi
quia inter angelos dei comparari
potuit illi Ligna sunt viri ut
Daniel iiij. g. Cum universis lignis
libani i. cum omnibus sanctis qui
sunt in eccia Ligna gentiles ut
ps. Cxv. Exultabuntur ligna eo
i. resistent gentiles mundi p fidem
Ligna penitentes ut ps. xcv.
Exultabunt omnia ligna silvarum
quia in adventu domini peniten
tes qui prius occulti erant accepta re
missione peccatorum exultaverunt Ligna vir
tutes spirituales ut Levit. xix. e.
Plantabitis in ea ligna pomifera
i. ponetis in mente vra virtutes
spirituales Ligna vicia ut Deut.
xix. b. In succisione lignorum si se
curis fugerit manum i. in corrup
tione morum si increpacio modum ex
cesserit Ligna cogitaciones munde
ut Exod. xxxv. d. pplus obtulit ligna
sethim qz fideles quasi imputri
biles deo cogitaciones offert Ligna
operaciones bone ut i. Cor. iij. d. Si
quis superedificat aurum argentum ligna
i. in fide cristi mundiciam cogitacio
num interiorum loqucionum sive imita
tem actionum Ligna iniqui ut
Judicum ix. b. Ierunt ligna ut un
gerent sibi regem / quia iniqui ad
libitum voluntatis sue platum volunt
habere Ligna opera bona ut Levit.
vi. c. ignis in altari meo semper ardebit

quem inter et sacerdotes supponetes
aliqua per dictis singulos / quia
quisque fidelis auctoritatibus et
extus in altari cordis ignem cari
tatis accendit
Littera est obscura propter orna
tum et decorem ne plana
vilesceret unde ps. xlv°
omnis gloria eius filie regis ab
intus etc. / Propter peccatum primi hominis
propter exercitium nostrum ut Gen. iii°
f. In sudore vultus tui etc. / Propter
Can. xxvi° c. pinge oculum et produ
cet lacrimam. Et propter hoc tanta
mysteria velantur in littera. Lit
teratura est secularis / De qua
apostolus i Cor. i° c. Non in sapientia
verbi ut non evacuetur crux Christi.
Et Isaie xxxiii° c. ubi est litteratus
ubi verba legis ponderans ubi do
ctor parvulorum. Litteratura est sine
caritate que obest i Cor. viii° sci
entia inflat caritas edificat. Item
i Cor. iiii° d. Non est in sermone
regnum dei sed in virtute. Lit
teratura est cum caritate ut Isaie
x° f. Consummatio abbreviata
inundabit iustitiam. Litteratura
est in operibus in rebus invisibilibus ut
Isaie lv° a. Quare appenditis
argentum non in panibus et labo
rem vestrum non in saturitate etc.
Linguam vendunt
viri religiosi admodum tacendo
duobus enim modis lingua
venditur tacendo et loquendo Sed
si pecuniam accipio ut dicam vel
non dicam contra aliquem testimonium
in utroque linguam vendo Similiter
ergo religiosi viri videant reges
vel aliquos publice enormia fa
cere et taceant pro ipsorum favo
re / quia admodum timent corporis obse
quia / linguam tacendo vendere
probantur / Aut cum beatus Iacobus dicta

iniquitatis quantum ex eo procedit / tantum
sub silentio nostro. Lingua filius
dei ut ps. xliiii°. Lingua mea
calamus scribe i. filius meus cum
sancto spiritu cooperator est. Lin
gua vox Christi ut ps. xxi°. Ling
ua mea adhesit faucibus meis
i. vox mea in passione obmutuit
coram iudicibus. Lingua doctrina he
reticorum ut Iob xl° c. fune liga
bis linguam eius i. peccatum vel
per sanctam doctrinam destrues
hereticam pravitatem vel doctrinam.
Lingua animus ut ps. li° Tota
die iniustitiam cogitavit lingua
tua i. semper animus tuus cogi
tavit iniqua. Lingue predica
tores dei ut ps. xxxiiii° et lxx°
Et lingua mea meditabitur
iustitiam tuam i. predicatores mei
audent absolvi in legem tuam.
Lingua doctrina secularis ut
Isaie xi° f. desolabit dominus ling
uam maris Egypti quia domini
tenebrosam mundi doctrinam destruet.
Lingua spiritus sanctus ut Act. ii° a.
Apparuerunt illis dispartite ling
ue. Lingua aperta loquitio ut
Iob vi° g. Non invenietis in lingua
mea iniquitatem / quia secreta contra ea
que per publicum loquar predicat
eius per fidem servat
Lucerna est Christus ut Mat. v° c.
non venit lucerna ut sub
modio ponatur i. non venit
Christus ut sub solis modiis abscondatur.
Lucerna est gratie ut ps.
cxxxi° paravi lucernam Christo meo
deitatis que vincta est teste nostre
nunc fragilitatis unde Mat. v° b. Ne
mo accendit lucernam. Item ps.
xvii° Quoniam tu illuminas lucernam
meam / Contra vos dicit apostolus non est
vobis vanum surgere ante lucem
i. ante Christum. Non est enim quia

aliquid

apostolus loquitur de luce materiali aliquid surgere debemus ad celebrandum officium divinum / Secundo loquitur de luce spirituali que est xpc ante quam .i. alio modo quam ille surrexit vanum est vobis surgere / ipse enim primo passus est et post surrexit. Sic et nos debemus primo compati. Ro. viii°. c. ut conregnemus / Sunt aliqui volunt surgere inveniendi laborare Mt. xx°. e. filii zebedei etc. Lucerna amicitia sponsi ut ps. cxxxi°. parasti lucernam xpo meo .i. parasti iohannem qui precedit xpm Lucerna iusticia sanctorum ut prover. xxxi°. d. Non extinguetur in nocte lucerna eius .i. iusticia eius non deficiet in prosperitate adversitate Lucerna opus bonum ut Exo. xxvii°. g. / ardebat semper lucerna in tabernaculo .i. appareat semper bona actio in homine Lucerna gratia divina ut Iob xxix°. a. splendebat lucerna eius super caput meum .i. fulgebat gratia divina super mentem meam Lucerna sacra scriptura ut ii pe. i°. g. cui quasi lucerne lucenti in caliginoso loco .i. sacre scripture lucenti in obscuritate presentis vite Lucerna sermo predicationis ut ps. cxviii°. lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen .i. predicatio tua lucet in meis operibus Lucerna bona vita angelis ut in ewangelio Mt. v°. g. Non accendunt lucernam et ponunt eam sub modio / quia bona vita non est abscondenda sed in exemplum ponenda. Lucerna intima visitatio ut pro. xx. g. lucerna domini spiraculum hominis quia intima visitatio inspirat hominem Lucerna gloria reproborum ut Iob xviii°. d. lucerna impiorum extinguetur .i. gloria reproborum destruetur Lucerna dona spiritus sancti ut Exo. xxv. g. lucernas septem ponas in candelabro / quia omnes debemus septem esse dona spiritus sancti Lucerna claritas bonorum operum ut luce. xii°. e. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes etc.

Lutum est vilis creatura ut Io. ix°. a. fecit lutum ex sputo / quia xpc deus est homo Lutum est materia originalis ut Gen. ii°. b. Formavit deus hominem de limo terre Lutum est humane infirmitatis sive prima condicio ut Iob x°. c. memento quod sicut lutum feceris me / quia de terra homo factus est Lutum populus iudeorum ut Iob xxxviii°. c. restituetur sicut lutum signaculum / quia iudei qui erant signaculum dei ob incredulitatem ut lutum conculcantur Lutum res mundiales ut abacuk. ii°. b. aggravat contra se densum lutum .i. in mundis studet res terrenas multiplicare Lutum prava doctrina ut abacuk iii°. d. In luto aquarum multarum .i. in prava doctrina multorum predicatorum Lutum illecebra carnis ut ps. lxviii°. Eripe me de luto ut non infigar .i. a voluptate carnali custodi me ne vincar Lutum fetor viciorum ut Iob xli°. f. Sternet sibi aurum quasi lutum quia diabolus sanctos viros / per vicia conculcare studet

Labrum baptismum ut iii Re. vii°. d. Duodecim boves portabant labrum / quia duodecim apostoli predicabant baptismum Labrum compunctio ut Exo. xxxviii°. b. labrum eneum de speculis mulierum .i. compunctio de exibus animarum

Labrusce sunt vicia ut Isa. v°. a. Exspectavit ut faceret uvas et fecit labruscas .i. speravi ut faceret virtutes et fecit vicia

Lac ordo acceptionis ut Job x° c. Sicut lac mulsisti me i. ex carne conceptus sum. Lac simplex doctrina ut i. Cor. iii° a. Lac vobis potum dedi non escam i. simplicia vobis predicavi non fortia. Lac simplices auditores ut Cant. v° a. Bibi vinum meum cum lacte meo i. fortes predicatores et simplices auditores ad regnum perduxi. Lac innocentia ut Cant. v° c. que lacte sunt lote i. que innocentia sunt purgate etc. Lac bona actio ut Ysa. lv° a. Bibite vinum et lac i. exercete theoricum contemplationem et bonam actionem. Lac blandimentum peccati ut Exo. xxiii° d. Non coques edum in lacte matris sue i. non fovebis peccatorem in blandimento culpe sue. Lac doctrina legis ut Gen. xlix° d. Dentes eius lacte candidiores i. vaticinia doctrina legis splendidiora sunt. Lac temporalis administratio ut Treno. iiii° a. Candidiores Nazarei lacte quia contemplativi illis qui temporalia ministrant per ... puriores sunt. Lac predicatores ut Cant. v° a. Bibi vinum meum cum lacte meo i. fortes predicatores et simplices auditores ad regnum perduxi. Sequitur

Lactuce sunt afflictiones ut Exo. xii b. Cum lactucis agrestibus i. cum amaris afflictionibus. Lacerta est vita iniqui ut Levit. xi° d. Lacerta non comedatur quia vitam impii imitari non debemus. Laguncula corpus Christi ut Ysa. xxx° g. Confringet lagunculam quia corpus Christi in cruce confractum est. Laguncula conscientia ut Job xxxii° d. Sicut mustum lagunculas novas disrumpit i. renovatas conscientias ledit.

Lagena est fides baptismi ut Mar. xiiii° d. Occurret vobis homo aque lagenam portans i. plus christianam fidem ... Lagena corpora terrena ut Judic. vii° f. Gedeonis consocii confregerunt lagenas quia martires Christi tradiderunt ad mortem corpora sua.

Lamina est claritas divinitatis ut Exo. xxviii° f. Laminam ex auro purissimo i. claritatem de deo ex toto. Lamina verba in decore ut Job xli° f. Et plures lamine i. in corde sibi iudicanti. Lamina opera puritatis ut iii Reg. vi° e. Affixit laminas clavis aureis i. bona opera remuneravit promissis eternis.

Lamia est simulatio ut Ysa. xxxiiii° f. Ibi cubavit lamia i. ibi requiescit simulatio.

Lana simplicitas ut Deut. xxii°. Non indueris veste ex lana lino que contexta est i. ne simules devotionis simplicitatem et intus habeas duplicitatem. Lana virgo Maria ut Judic. vi° g. Ponam hoc vellus lane in area quia virginitas Marie honoratur in ecclesia. Lana bona actio ut Prov. xxxi° c. Quesivit lanam et linum i. exercuit actionem et contemplationem. Lana mansueti ut Ps. cxlvii. Qui dat nivem sicut lanam quia illos non numquam facit mansuetos qui prius erant intractabiles. Lana sustentamenta temporalia ut Ezech. xxxiiii° a. Lanis operiebamini gregem autem meum non pascebatis i. sustentamenta temporalia a subditis accepistis sed curam salutis non providetis.

Laquei sunt iacula temptationum ut Job xviii° e. Circumdedit me laqueis suis i. temptationibus. Laquei premeditate fraudes ut Ysa. ..° a. Conflabunt

lanceas sicut in frandes .i. prime
dentes frandes abicerent et velud
hi exprimere nituntur
Lapis est xpc ut Zacharie iii. b.
Super lapide vno oculi septem quia
in xpo solo est plenitudo spiritualium
donorum. Lapis legis Ro. ix. Ne
forte offendas ad lapidem pedem
tuum .i. ne tibi per legem carnaliter
intelligant. Lapis dyaboli ut
Exo. xv. b. Descenderunt in profun
dum quasi lapides .i. peruenerunt ad in
star dyaboli. Lapis quilibet iniquus
ut Apo. xviii. f. Sustulit an
gelus lapidem magnum quasi mola
rem et misit in mare quia xpc
quoslibet iniquum et volubilem mit
tet in infernum. Lapis duritia
cordis ut Luce xi. b. Numquid lapidem
dabit illi .i. numquid duritiam mentis
dabit illi. Lapides electi apostolorum
ut Ezech. xxviii. d. Omnis lapis
preciosus operimentum tuum quia ordini
bus omnibus angelorum ille primus an
gelus extitit ornatus. Lapis sta
bilitas virtutum ut Apo. xxi. f.
fundamenta ciuitatis omni lapide
precioso ornata quia ecclesie et apli
ecce omnium virtutum stabilitate
decorant. Lapides ecclesie ut iii.
Re v. g. lapides grandes in fun
damento templi quia super prelatus vita
et scientia mirifica sancta ecclesia fun
data est. Lapides predicatores
ut Ysa. liiii. c. Ecce sternam
per ordinem lapides tuos .i. ordi
nate locabo predicatores tuos
Lapides martires sanctorum ut
Job. xxviii. b. locus saphiri la
pides eius quia meritis sanctorum celi

sancta cognitum. Lapides religiosi ut
Treno. iiii. a. Dispersi sunt lapides
sanctuarii in capite omnium platearum
quia iam multi religiosi qui debuit
perfectorum secularibus saltem negociis
implicantur. Lapides apostoli ut
Exo. xxviii. c. lapides in racionali
erant xii pontificis quia xii apostoli
in fide xpi excellentes erant. La
pides gentiles ut Act. iiii. d. De
lapidibus istis suscitare filios abra
he .i. de gentibus viros fideles.
Lapides pene infernales ut
Treno. iii. a. Circumdedit hec
struxit lapidibus obturatis .i. penis
eternis subiecit. Lapides ecclesie
ut Exo. xvii. f. Sumentes lapides
posuerunt subter eum in quo sede
bit moyses .i. pedit cum moysem in
lapide tum loquentem in ecclesia. La
pides mentes fortium ut i Petri ii. a.
Et vos tamquam lapides viui super
edificamini domos spirituales. Lapis
obstinata rebellio ostendit ut Treno.
iii. f. lapsa est in lacum vita mea
posuerunt lapides super me.
Lampas quilibet sanctus ut Job xii. a.
Lampas contempta apud cogi
tacionem diuitum quia semper despectus
est in conspectu superborum. Lampas
flamma iudicii ut Eccl. xx. f. La
pas ignis tamquam inter dampnatos
illos quia terribile dei iudicium
distinguet electos et reprobos
Lampades opera bona ut Mt.
xxv. b. oleum in vasis suis cum
lampadibus .i. caritatem in cordibus
suis cum bonis operibus. Lampa
des dona spiritus sancti ut Apo. iiii. c.
Septem lampades ardentes ante
thronum quia septem dona spiritus
sancti illuminant ecclesiam. Lampades
corda sanctorum ut Eccl. viii. d.
lampades eius lampades ignis
atque flammarum quia que bone caritatis
...

vasa caritatis extrinsecus et intus
bonum odorem et foris bonam
actionem habent. Lampades similes
regibus ut Job xli d. de ore
eius procedunt lampades, quia de sug-
gestione eius exeunt doli et scan-
dala. Lampades claritates mi-
raculorum ut Judicum vii c. lagenas
et lampades in medio, i. corpora
sanctorum martirum et eorum miracula.
Laquearia sunt
simplices in ecclesia ut Cant.
i° c. laquearia nostra cypressina,
quia simplices qui sunt in ecclesia
bonum et securitatis odorem emittunt.
Later subiectus est
ut Ezechielis iiii a. fili hominis sume
tibi laterem, civitatem Jerusalem, quia
platus quietis de paradiso dez in sub-
tractione cordis subiecti sunt gaudia
celestis patrie. Later negotia ter-
rena ut Exodi i° d. operibus duris
luti et lateris, i. pondere operum terrenorum
exponere et occupare seculares.
Latebre nitere libidinose ut Gen.
iiii a. habitant latebris pro sapientia
superbis quia vero abiectus bonis
operibus libidinosis mentes possident.
Latus est corona nostrorum
ut Psalmus xc c. Cadent a latere
tuo mille i. cum de structa corona
sanctorum. Latus munimen
ut Psalmus iii f. domine circumda latera
tuo ne capiatur i. munimen circumda
tibi deus in temptatione ne pereat.
Latus meditatio contempla-
tionis ut Ezechielis xlvii e. similiter
aqua egredientes de latere dex-
tro i. compunctionis procedunt in me-
ditatione contemplationis. Latus
menti ut Actuum xii b. percusso la-
tere Petri excitavit eum angelus
quia percusso corde peccatoribus
primum a peccato suo eriguntur, ad iusti-
ciam exterius. Latera duo

tegumenta ut Psalmus cxxvii°. In la-
teribus domus tue i. in duobus
tegumentis tue ecclesie. Latera
pro potentibus familiaribus ut Job.
xvi c. de lateribus eius non recede-
det, i. de familiaribus eius gloria
recedit. Latera prelatus vel doctorum ut
Exodi xxvi° d. in lateribus tabule
que inaurantur fiant quia in
prelatis sinagoge sancti dei preponi-
tur/figurabantur sacerdotalis et regia.
Latera gentiles ut Psalmus xlvii°.
Mons Syon latera aquilonis ci-
vitatis regis magni, quia ex iudeis
et gentilibus una catholica ecclesia con-
stitit. Latera prelati insolentes ut
Ysaie xiiii° d. Sedebo in lateribus
aquilonis, i. quiescam in populis
illis qui in infidelitate frigidi sunt.
Latomi doctores ut
iii Regum v° f. octuaginta mi-
lia latomorum i. sancti do-
ctores qui cum doctrina de celo
est predicant resurrectionem.
Latrones sunt maligni spiritus
ut Luce x° c. incidit in latro-
nes i. in manus spiritus maligni.
Loquens est deus
multis modis ad Hebreos primo a.
multifarie multisque modis quia
quandoque per signa quandoque per scripturam
novissime per filium incarnationem.
Locutus est deus semel ut Psalmus lxi°.
Locutus est deus et cetera quia de eterna
generatione filii ad patrem exponitur.
Semel locutus est deus i. ab eterno
sine mutatione et varietate filium
genuit.
Legislator
Christus ut Psalmus lxxxiii b. Benedic-
tionem dabit legislator, i. qui le-
gem dedit dabit gratiam. Le-
gislator antichristus ut Psalmus ix c. Con-
stitue legislatorem super eos i.
antichristum qualem per diaboli permittit.

Legatus est xpc ut ysa. lvij. c.
et xviij. a. simar legatum ad
gentes misit quia xpus
a patre missus est ad homines Le-
gati predicatores ut prov. xxvij.
venient legati ex egipto / quia
predicatores prodeunt de gentilita-
te Legati autem sunt predicatores
ut ysa. xviij. a. mittat in mari
legatos suos i. in mundum predica-
tores suos

Legatio est reconciliacio peccatorum
ut ij. cor. v. g. pro xpo
legatione fungor i. vice xpi
de reconciliacione peccatorum nobis
intromittimus Legationes lacrime
penitencium ut luce xiiij. g. lega-
cionem mittens rogat ea que
pacis sunt i. lacrimas prius pre-
mittens veniam petit

Leprosus quilibet iniquus et tunc do-
ctus ut levit. xiij. a. lepro-
sus sz ille commaculat / quia
contaminat iniquum et tunc doctrina sua

Lepra est peccatum vel falsa do-
ctrina ut levitici xiij. b. pla-
ga lepre si fuerit in homine i. peccatum
vel heresis si sit in homine

multam operarii pauci sunt
quia etsi sunt qui bona audi
unt desunt qui dicant Ecce
totus mundus est sacerdotibus
plenus / sed tamen in messe dei ra
rus valde invenitur operator
quia officium quidem sacerdota
le suscipimus sed opus officii
non implemus / De prima contra
platos dicitur in hunc modum
Ysa. lvi c° / Canes muti non va
lentes latrare / prelati quidem
sunt silentium canes lingwam
habet medicinalem curat
ferrum Sic prelati tenentur in
subditis peccatorum vulnera curare
tum pseudo fratres vere messis
... / De secunda contra eos
dicitur luce xi° c° / Ve vobis qui
qui aliis imponitis onera im
portabilia / De tercia contra eos
dicitur luce xi° / Ve vobis
qui habetis clavem scientie / prela
tis enim dixit claves sunt tolla
te et cum deberent esse spirituales
medici aliqui ut ceci ad similitudinem
medici malos attendunt statum
mentis spiritualiter egroti / nec con
siderant tempus locum etatem per
sonam complexionem et huiusmodi

ut si egrotus laboret ydropisi
avaricie mittit eum ad opera
misericordie Si laboret luxurie lepra
mittit eum ad opera misericordie / nunc
dicam probando castitatem Si egro
tet morbo gulositatis / sanat
eum potu sobrietatis / Messis
auditor verbi dei ut luce x° c° /
Messis quidem multa / quia multi
sunt qui audire volunt sed desunt
qui dicant Messis operarius
aptus ut Iob xxiv c° / quorum
alterat messem eius / quia operarius
impius actio aliquid destituit M
essis vanus testamentum ut Iob
v° b / Multi messem in famelici
tas comedunt / quia vetus testamen
tum quod infatuatum nobis est per
tenuit / devota plebs generi
spirituali intellexit M essis igitur
ut apocalipsis xiv c° / Mitte falcem
tuam et mete quia avuit messis
terra quia dormivit actio suo tempore
ut ait xviii / Sinite utrumque crescere
usque ad messem / quia usque ad finem
seculi permixtim boni et mali si
sunt in mundo
M essores sunt angeli ut ait
xiii c° / Messores angeli sunt
M ilicia est ... contra mundum
quis suadet vana / contra dya
bolum qui iniqua et hec lecto
contra carnem que suavia
et hec longissima M ilitia non
est delectans sed magis periculosa multi
tudo est de peccatum M ilicia est
aspera vita ut Iob vii c° / Mi
licia est vita hominis super
terram / quia quidem dum vivit

temptationibus vexatur
Mirabilia sunt
Miracula quedam non merentur eorum
quibus fiunt ut Mt vii° qui
bus dicentibus nonne in nomine
tuo eiecimus demonia etc. dicet
dominus Amen dico vobis nescio
vos. Miracula quedam sunt ad ma
nifestationem glorie dei ut Jo ix°
a. In ceco nato. Mirabilia me
at angeli. De verbis domini sunt que
fecit nos deus ad imaginem et
similitudinem suam. Mirabiliora
quia creavit nos. Et mirabi
lissima quia dabit nos vitam eternam
et eris equales angelis Luce
xx° f. Et hec ea domini dicit mira
Misericordia
dei, alia est parva que fit
inter erga nos in collatione di
versorum temporalium Mt v° f
qui solem suum oriri facit super
bonos et malos. Et hec non dicitur
parva eo quod parva sit sed in re
spectu quia venia magna est
Eciam a vero minus magnam
esse reputatur quia nimis eam
diligunt in eam spem ponentes.
Alia est mediocris que fit erga
impenitentes quia non statim
punit quando peccat, sed expectat
ad penam ut Ro ix° e. Susti
nuit in multa paciencia vasa ire
apta in interitum. Alia est maior
que fit fit erga penitentes
quos recipit quando veniunt ad con
fessionem et eis peccata dimittit ut
Ezech xviii° e. In quacumque die
ingemuerit peccator omnium iniquita
tum eius non recordabor. Item
Ps xxxi° Confitebor adversum
me iniustitiam meam etc. Et sub
dit Et tu remisisti impietatem peccati mei quia confessionem
quia dixi confitebor et tu remi
sisti non tantum peccata, sed eciam iniusticiam
sed que per confessionem non penitet. Et ma
ior est quia magna est in remis
sione ut dictum est que fit erga
penitentes. Maior que fit er
ga perfectos perseverantes quibus
gratiam perseverancie dat deus de
qua dicitur Ps xliiii°. Et misericordia tua
subsequetur. Maxima in colla
tione eterne que fiet in die
iudicii quando premium redditur uni
cuique iuxta opera sua Ps lxi°. Di
citur maxima quia supra meritum
remunerat Ro viii° d°. Non sunt
condigne passiones huius temporis ad fu
turam gloriam. De nullo sic vin
dica ut legitur super Ps cxliii°.
Audiatur dominus deus ut de misericordia
que in duobus consistit scilicet in da
do et in dimittendo. Remittit
dimittit et si petatur dimit
titur ei Luce vi° c. Et dat
dabitur ei. De hac dicitur Jacobi ii°
d. Superexaltatur misericordia in iudicio
i. superponitur iudicio, est in quo
sunt opus misericordie. Et si habuit forte
peccatum in iudicio in quo punimur
misericordia quasi aqua extinguit ignem
peccati. Misericordia quedam singulariter
dicitur ipse deus ut iusticia et
virtus et huiusmodi. Et per effectum efficaciter
cuius nam hec omnia multos
habent effectus. Misericordia dei est
interior in confessione que de qua
dicitur Luce i° g. ad dandam scienciam

i. gratiam i. infusionem gratie in re-
missionem vel deletionem culpe. M-
isericordia dei est exterior in
collatione bonorum temporalium.
Misericordia dei est promissa sapientia vii Eccl.
xviii°. b. / In semine tuo bene-
dicentur omnes gentes / data vel
impleta in nativitate vii pueri Ex.
viii°. aqua domini plena
terra. Consummata in die pen-
tecosten vii luce xxiii°. g. / vos
autem sedete in civitate etc. Mi-
sericordie opera sunt duo. In da-
re, ut in evangelio luce vi°. c. Da-
te et dabitur vobis. / In dimitte-
re ibidem dimittite et dimittetur
vobis / non sufficit dare sed di-
mittere vii ibidem luce xi°. c. Si
dimiseritis patri vestro etc. Item
marci sup. ayt. c. vi°. b. / Si non
dimiseritis ex corde vnumquemque
[illegible] nobis delinquent / Aliquis
per penitentiam nobis dimissum est
exigitur. Et ad hoc significandum
dominus quod dare sine dimittere
non sufficit cum offerret magdalena
pedes osculando / Sicut quod
offerimus ad implendum illud luce
vii°. c. Date et dabitur vobis.
In hoc quod manus osculando observa-
vimus illud ibidem luce / Dimitti-
te et dimittetur vobis / De operibus
misericordie loquitur mathei xxv°. c. f.
Esurivi et pavistis me / siti-
vi et potastis me / hospes fui
et collegistis me etc. / Ex opera
misericordie iustitie / caritatis precator
qui commendatur et praecedere iusti-
tiam pane vi respicit vel potu

mine refrigerat, caritatis opera
agit / et qui cecitate in domum
pauperis revocat / et qui infirmum
in fide assumit / et qui in tribu-
latione seu carcere oppresso mi-
serie compatiendo subvenit vel
consolando verba dilectionis ad-
implet / Opera misericordie notantur
hiis versiculis / Esuries nudus
sitiens infirmus et hospes /
Carcer defuncti pauperis ore ro-
gat. Misericordia oleo comparatur
quia illuminat vii ayt. xv. b. / Sic
lucea opera vestra etc. quia pascit
vii Ezech. iv° / Et est in ii°. c. / Dilecti
meus pascitur in liliis i. candidis
operibus. Item Isaie xxxvi°. f. De-
siderat lassus. Hic modus est deside-
rium / quia sanat vii Ysaie xxxviii°. d. /
Caritas operit multitudinem
i. sanat. Item luce xi°. / Petere
elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis / Quia oleum supernatat
aliis liquoribus Ecclesiastes ii. hic omnia opera
misericordie aliis precellunt operibus / in
in novissimo die hec sola me-
morantur Esurivi et pavistis
me / sitivi et potastis me etc.
mathei xxv°. c. f. / Et quia oliva
pacem significat sic et opera mi-
sericordia ut nos deo. Item apostolus
i. Cor. xii°. g. / Adhuc excellen-
tiorem viam vobis demonstro
i. caritatem. Item i. Cor. xiii°. a.
Si linguis hominum loquar et
angelorum etc. / Et Danielis c. /
Ad nabuchodonosor / Redime
peccata tua elemosinis forte
ignoscat tibi deus. Iacobi
v°. d. Iudicium sine misericordia fiet ei

qui non fecerit maram i. opa mie
Quid ergo iacet qui aliena
rapuit si eternaliter dampnatur
qui de suo non dedit i. opa mie
non fecit. Quid enim fiet eis
misericordia liberante uel saluante uel
manifesta

Misertus est deus temporalia
ministrando vnde ait v f / qui
solem suum oriri facit super bonos
et malos / peccata delendo vnde
ysaie xliiii^o g / Ego sum qui deleo
iniquitates et peccata tua / penam
differendo vnde psalmo lxxviii^o. Aver-
tit iram suam et distulit / penam
diminuendo vnde Job xxxvi / g /
Non audit omnem iram suam ut
vlciscatur scelus valde / penam
prorsus tollendo vnde apoc xxi^o
b / absterget deus omnem maculam
lacrimam etc / Etiam conferendo
vnde psalmo iii^o / domini est salus super
tua pli c / Transitus ministrabit
illis Sapiencia

Missa regularis cantatur tertia
tribus horis Tercia quia
tunc crucifixus est lingwis
iudeorum clamancium crucifige
crucifige Marci xv^o b / Sexta quia
tunc in cruce imolatus quia tunc
crucifixus est super manibus gen-
tilium luce xxiii^o c / Nona quia
tunc expirauit i. emisit spiritum
Marci xxvii^o f / Post eam cantanda sed
non mane licitum sed in prima et
tercia prius cantatur In sabbato
ieiuniorum quatuor temporum vel de-
sero post celebratur et debet super
sacros ordines quia ad dominicam
pertinet In sabbato pasce et
penthecostes sero cantatur quod
ex benediccione cerei proprie dicitur
ubi dicitur Hec nox est et extra
oracionem deus qui hanc sacratissimam
noctem In quadragesima
hora viii In vigilia natalis do-
mini prima missa de nocte cele-
bratur uel de mane et post cantatur
quia tunc surrexit deus alta

Misso celesti sit lex est /
prima ad inspirandum
i^o f / visitauit nos oriens ex vnde luce
alto secunda ad illuminandum ex
i^o a / illuminat omnem hominem vnde Jo
venientem in hunc mundum Tercia
ad veniendum et maiorem Jo ii^o c
causam faciendi Tercia apud
deum vnde ad Ro ii^o b / ad viduam
xxii^o c / Et apoc
quia tunc reddet vnicuique
secundum opera sua / prima fuit
mie / secunda gracie / tercia iusticie / In
prima homo liberatur / in secunda confirmatur
in tercia coronatur

Misterium dei tacendum propter audien-
cium indignitatem vnde ait vnde ysa-
ie xxiv secretum meum mihi / propter magnam
audiencium insufficienciam potius / Jo
xvi^o c / multa habeo vobis dicere
sed modo non potestis portare

Mola est inferior i. timor su-
perior i. spes vnde deut xxiiii^o
non auferes loco pignoris
inferiorem et superiorem molam quia
sine spe et timore pro peccata fac-
non potest / per has vnde iusti mol-
litur i. spem et timorem / quia est ti-
mor male humilians et spes ma-
le presumens. Mola accio secularis
vnde ysaie xlvii^o a / Tolle molam i.
apprehende secularem accionem. Mola cir-
cuitus laboris vnde iudicum xvi^o b

mola azimaria in collo eius i. terrena labo
rum in mente eius. Mola insidie ut
in ps. lxxx. molas leonum confringet
dominus i. insidias crudelium destruet do
minus Sequitur

Molestias sustinet quidam impatienter
ut filii israel dicentes Num. xi. b.
Recordamur ad ollas carnium in egiptum
in mente nobis venerunt cucumeres et pe
pones. Quidam patienter ut apostolus
ii. Cor. xii. d. libenter gloriabor in
infirmitatibus meis. Sic Gen. xlii. d. Me
rito hec patimur quia peccavimus in fratrem
Mons est proprie christus
ut in cantico Abacuk iii. a. Et
factus de monte pharan quia christus ex
parte impossibili passus est. Mons christus ut Ysay.
ii. a. preparatus mons domus domini in ver
tice montium quia christus missus ad iudeos
omnes personas mistas in sublimitate sanctitatis
excedit. Mons signat eminenciam bonorum
operum ut Mat. v. a. videns turbas ihesus
ascendit in montem ut manifestius doceret
ut relictis tribulationibus huius mundi ascendamus
in montem domini i. in eminenciam virtutum. Item
christus nobis in omnibus operibus suis propositus est
in exemplum ut sequamur vestigia eius Io. xiii. c.
et i Pe. ii. f. Christus iurat hoc quod predixerat ad
phylad. xl. c. Super montem excelsum ascen
de tu qui evangelizas syon. Facturus
enim predicator prius ascendat in montem
operis sic Lucas cepit dicere Act. i. a. quod
christus cepit agere et docere. In quo nos prius doceremur
ascendere in eminenciam bonorum operum antequam
assumamus docendi officium. Unde tamen nomen
et honorem magisterii accepit prius
faciat docenda quam doceat agenda ma
lis in malo remanentibus boni inhiant mon
tem ascendant audientes apostolum ad Co
lossen. iii. a. Si consurrexistis cum christo que
sursum sunt querite. Mons syon dicitur
mons sanctificationis quia ibi sunt templum domini
altare sacerdotium et sanctuarium et quia ibi
sunt sancti ut Mat. xxvii. f. Multa corpo
ra sanctorum que dormierant surrexerunt
et ibi incepit predicatio ut Ysay. ii. a.

de syon exivit lex et verbum domini
Montes apostoli ut ps. Cxx. le
vavi oculos meos in montes
i. cordis mei intuitu erexi
ad doctrinam apostolorum ideo apostoli
montibus comparantur quia sicut
montes prius suscipiunt radios
solis et inde diriguntur ad con
valles ita ipsi primi apostoli prius
susceperunt doctrinam fidei pos
teris tradiderunt. Mons con
venit hereticorum ut ps. x. trans
migra in montem sicut passer
i. ut sequaris hereticum hominem
qui si esset passer i. magis instabilis
Mons dyaboli ut Mat. xxi. e.
dicatis huic monti tollere et mitte in
mare quia apostoli antiquum hostem
de obsessis corporibus eiecerunt
et in infernum retruserunt. Mon
tes heretici vel superbi ut ps. Ciii.
inter medium montium i. hereticorum
pertransibunt aque i. sacre scripture
que per eos transeunt ut secundum
eos sed transeunt ab eis. Montes
fluctus tribulationum ut ps. Cvi.
ascendunt montes i. fluctus tribu
lationum ascendunt ut montes ad
celum et descendunt ut campi
tribulati sunt superbos cum
permittit deus cadere qui vult
et qui vult humiliare. Montes
ecclesie ut ps. xxiii. quis ascen
dat in montem domini i. quis pertin
get ad conformitatem ecclesie. Mons
plebs iudaica ut Ysay. xxiii. c.
Eradebo in monte testamenti
i. plebem iudeorum per incredulita
tem superbiam. Mons contem
plationis ut Exo. xxiiii. c. Ascen
de ad me in montem i. in eam
quo per contemplationem contingere
Mons sublimitas religionis
ut Gen. xix. f. ascendit lot
de segor et mansit in monte

qr electa de pª ma quingentorum qui parte
ad religionis altitudinem conscendit.
Mons patria celestis ut ps. lxxv°.
adduxit eos ad montem sanctum suum i.
ad illam urbem celestem. Mons subli
mis inspiratio Exaudivit me de mon
te sancto suo ps. iij. i. de eminenti
inspiratione sua. Mons sublimitas
huius mundi ut ysa. xiii°. c. Super
montem caliginosum levate signum
i. sublimitate mundi humilitate ad
crucis xpi. Mons virgo maria ut
Dan. ii°. c. Abscisus est lapis de
monte sine manibus. quia xpc est natus
de maria sine virili semine. Montes
angeli ut ps. lxxxix°. Priusquam
montes fierent i. angeli angeli
crearentur. Montes prophete ut ps.
lxxxvi°. Fundamenta eius in montibus
sanctis. quia super eos ecclesia fundatur in prophe
tis. Montes sublimia precepta ut
ps. ciii°. Montes excelsi. quia
sublimia precepta pertinent ad per
fectos. Montes duo testamenta ut
ps. ciii°. Inter medium montium
pertransibunt aque. i. in consensu duo
rum testamentorum discurrunt fluenta
doctrine. Montes predicatores
ut ps. lxxi°. Suscipiant montes
pacem populo tuo i. predicatores
pacem animarum subiectis. Mon
tes interne contemplationis ut Job.
xxxix°. c. Circumspicit montes pascue
sue. i. altitudines interiorum conspi
ciat contemplationum. in quibus se
note anime pascuntur. Montes super
bi ut Job. xl°. c. Montes herbas
ferunt quia superbi quique de alieno
labore pascuntur. Montes superba
corda iudeorum ut ii Reg. i°. c. Montes
gelboe nec ros nec pluvia veniat
super vos. quia infideles iudeorum superbe
mentes qui xpm occiderant predicatorum
viriditatem non susceperunt. Montes gen
tiles ut in li. i. Machab. vi°. c. Re
fulsit sol in clipeos aureos et re

splenduerunt montes ab eis. quia sicut in
hoc venit super apostolos, ita ab eis
illuminati sunt gentiles per fidem. Mon
tes maligni spiritus ut Abacuc iii°.
c. Et contriti sunt montes seculi.
quia per xpm contriti sunt demones
qui sunt principes mundi. Mons
vite eminentia ut ysa. xl°. c. Super
montem excelsum ascende tu qui evan
gelizas syon. Montes scolares pre
lati ut ps. xcvi°. Montes sicut
cera fluxerunt a facie domini etc.

Mors comparatur nocti.
Mors ut enim successor est nox diei
ita mors vite succedit. Mors
dicitur penalitas ut Ro. vii°. c. In
felix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius. Mors est
dissolutio temporalis corporis et
anime. de hac dicitur i. Cor. xv°. c.
Ubi est mors stimulus tuus. i. peccatum
peccatum enim dicitur stimulus mortis non
quia peccatum moritur sed quia peccatum facit
mortem. Mors dicitur presentis ex
terne delectatio de qua dicitur ubi
supra. O mors ubi est stimulus tuus
i. peccatum. hec mors facit peccatum.
Mors dicitur diabolus. de qua dicitur i. Cor.
xv°. c. ubi est stimulus tuus. i.
peccatum stimulus diaboli dicitur peccatum et
secundum hoc est expositio. et sunt verba
sanctorum post resurrectionem. Mors est
nature que communis est nobis et brutis
animalibus. hec est dissolutio corporis
et anime. de hac dicitur Ro. viii°. Si mor
tui sunt prophete et apostoli. Item abra
ham mortuus est. Item Eccles. ii°. c.
Eccs moritur doctus sicut indoctus. M
ors est culpe ut Ezech. xviii°. c.
Anima que peccaverit ipsa morietur.
Item Gen. ii°. c. In quacumque die co
mederitis morte moriemini. Item Luc.
ix°. Dimitte mortuos sepelire
mortuos suos. Mors est gehenne
i. eterna dampnatio de qua ecclesia

tamen liberavit me dominus de morte
eterna. Unde Luce xvi c. Mortuus
est diues et sepultus est in inferno. Unde
ps. xlviii°. Sicut oues in inferno
positi sunt mors depascet eos.
Et sicut herbe arida in qua semper aliquid
remanet ad depascendum quia radix ge-
mper pullulat, ita mali semper pu-
nientur et numquam morientur ex toto.
Mors est triplex ut ad Coll. iii°
c. Mortui estis et vita vestra abscon-
dita est cum Christo in deo. Unde ps.
cxv°. Preciosa est in conspectu domini mors
sanctorum eius. De hac dicitur ad Coll.
iii° c. Mortificate membra vestra
que sunt super terram. Prima dicitur exterior,
secunda interior, tercia inferior, quarta
superior. Unde prima dicitur naturalis sive tempora-
lis sive necessitatis moriendi. Secunda
iniquitatis. Tercia iehennalis. Quarta
sanctificacionis sive mortificacionis carnis.
Mors est in domo, in porta, in se-
pulcro. Prima est in voluntate, secunda
in opere, tercia in consuetudine. De
prima dicitur ps. i°. Beatus vir qui non abiit
in consilio impiorum. De secunda et in
via peccatorum non stetit. De tercia et in
kathedra pestilencie non sedit. Prima
levis sive parva, secunda gravior,
tercia gravissima. Isti sunt tres mortui
quos deus legitur suscitasse. Filiam
archisinagogi in domo Marci v°.
Filium vidue iam extra portam
civitatis delatum Luce vii° c. La-
zarum iam quatriduanum in monumento.
Istos adhuc spiritualiter suscitat in nobis.
Mortuus in domo peccatum est voluntatis.
Mortuus extra portam peccatum loque-
le. Mortuus in sepulcro peccatum
est operis et prave consuetudinis. Isti
tres mortui significant tria genera
peccatorum de malo in bonum redu-
cendum. Mortui vero sunt in domo
qui sine demonstracione operis ne-
quiciam adhuc in corde conceptam
retinent. Et isti significantur per puellam
mortuam in domo. Mortui extra
portam sunt qui culpam per

consensum conceptam in effectum propa-
lacione per operacionem demonstrant.
Isti significantur per filium vidue in
agro suscitatum. Mortui in sepulcro
sunt qui non solum voluntate latenti
vel ex accione peccaverunt sed etiam in
longam consuetudinem nequiciam protra-
xerunt. Isti recte sunt dicti quatri-
duani et fetidi. Quia omnibus
eos cognoscentibus sunt onerosi et
detestati. Isti per lazarum desi-
gnantur. Resuscitacio illorum mortuorum
significat iustificacionem peccatorum. Cla-
tanto levius suscitatur quis quanto
minus mortificatus est. Propterea (?)
legitur dominus in solo verbo puellam e-
iecta turba legitur suscitasse. Tu. ques
se vocis puellam tuam (?) animam tuam
dimitte suscitari. Eice turbam de do-
mo aliter non exibit. Quod puella
resuscitando lazarum de monumento
quatriduanum fremuisse lacrimasse
se clamasse voce magna perhi-
betur. Non quod domino tam facilius non
fuit resuscitacio lazari sicut puelle
sed quia dominus fecit aliorum utilitatis
causa. De hac sic quidam versifica-
tor ait. Mors mala mors intus
malus actus mors foris usus. Tria
puella puer lazarus ista notat.
Sed multi sunt qui corporaliter mortu-
os plorant sed spiritualiter mortuos
fere dissimulant. Mortui qui susci-
tantur in lecto sunt qui commiserunt
levia vel parva. Quia Mortui in
porta qui commiserunt graviora.
In monumento qui gravissima vel per
consuetudinem ex levia. Vel primi
sunt qui peccant cogitacione, secundi
locucione, tercii operacione. Mors peccatorum
mala, mors peior, sed
pessima pena. Mors est exitium
vite secularis. Unde Job iii° c.
Qui expectant mortem et non
venit, quia sancti subditi se morti

fecit ab hoc mundo voluit et non potuit
Mors superbia ut Job xviijo.
c. Consumat brachia eius pri-
mogenita mors Secunda bona opera
impii superbia que fuit primum
peccatum destruit Mors diaboli
ut Apoc. i c. Habeo claves mor-
tis et inferni i. potestatem super dia-
bolum et membra eius Mors pro-
prium cordium ut ps. liiijo Et for-
mido mortis cecidit super me i. ti-
mor ne supprimi cordium ad pralet
Mors peccatum ut ps. xijo Illumi-
na ne umquam obdormiam in morte i. ne-
quaquam recidam in peccato Mors
pena eterna ut Romanorum i c.
Qui talia agunt digni sunt morte
i. pena eterna Moriuntur boni mundo
ut ad Gal. vio c. per quem
mihi mundus crucifixus est et ego mundo
voluptatibus suis crucifigentes car-
nem suam sibi et c. i Cor. xv. Co-
tidie morior propter gloriam vestram fratres
Moriuntur mali morte pene ut
Gen. ijo c. Quacumque die come-
deritis morte moriemini Morte cul-
pe Luc. ix c. Dimitte mortuos
sepelire mortuos suos dampna-
tione eterne ut ps. xlixo Mors
depascet eos Moriuntur quidam
in medio mensis ps. l iiijo Viri
sanguinum et dolosi Quidam
exterius quibus dictum est Ephes. v
c. Redimentes tempus quoniam dies
mali sunt Quidam ante qui perfe-
cerunt dies suos primi moriuntur
in egipto qui in tenebris vi-
torum usque in fine conversatur
illi scilicet qui nec bene inceperunt nec
bene finiunt Secundi in deserto qui
de confusione peccati exeuntes circa
tamen primas emendat scilicet penite-
tes qui male inceperunt et bene
finiunt Tertii in terra promissionis

Qui peccatorum lapsum non senserunt
vel primas omnes gratificati sunt
qui scilicet omnes bene inceperunt
et bene finiunt Sic Abraham
de quo dicitur Gen. xxvo b. Mortu-
us est Abraham plenus dierum
quem tremens inhiat Secundo
secundum amorem temporalium Tertii per se duo
quem cantant vae qui scilicet peccat
et non penitet Secundi lamentum
qui scilicet prime lamentum a peccatis
surgunt Tertii tamen qui peccatorum
lapsum non senserunt Tria quam
homini designantur per hec tria
vocabula que erant scripta in
libro qui ostensus est Ezechieli
ut eum devoraret ubi non erant
nisi tria folia et hec tria nota
quia non sunt nisi tria quam homini
que moriuntur dz carmen primi scilicet
mius bene per temporalibus qui dicuntur
non incipere ut dimidiare sed in
malis continue pseverant ut
ps. liijo Viri sanguinum et
dolosi Secundi finiunt bene amore
ecterni dei et primi amore temporalium
de quibus Ephesios v. c. Re-
dimentes tempus isti dimidiant
dies suos Tertii finiunt bene amore
dei isti perficiunt dies suos qui
sunt mali Secundi imperfecti Tertii
perfecti Moriuntur alii mundo qui
carnem suam crucifixerunt cum vitiis
et concupiscentiis ad Gal. vo
c. Alii in mundo qui nec in morte
relinquunt mundum licet relinqu-
untur a mundo ut proverbiorum xiiijo dicitur
c. Extrema gaudii luctus occu-
pabit Alii deo in quibus moltur
deus i. in quibus desinit esse deus
per inhabitantem gratiam sicut sunt ea
Sap. io d. a In malivolam

mortem non intrabit ut ait sapiens. Alii
in dolo qui mortem habent in desi
derio et vitam in patientia et in cari
tate sua alii persequuntur. Mortui
dicuntur dormire propter certitudinem
resurrectionis eternam autem ut ait apostolus
omnes quidem resurgemus sed non
omnes immutabimur. i Cor. xv.
g. Propter facilitatem sive celeritatem
rem resurgendi quia qui dormit
de facili surgit ita mortui ut ha
betur i Cor. xv. g. In ictu oculi.
Propter integritatem quia sicut to
tus homo a sompno surgit ita
mortuus totus resurget. Et ideo dicit
salvator Mt. ix. g. Non est mortua
puella sed dormit. Contra quod dicit
Christum mortuum non dormientem ut
in fide solidemur. Et propter hoc dicitur ea de morte

Motus hominis est
triplex. Agentie in voluntate
sensualitatis, in delectatione
carnis, in opere. Contra primum propter
post primos motus in nobis est et
nobis est non ex Adam. Motus
est ad iram ut Psalmus xxvii. Mo
veatur mare et plenitudo eius.
Predicit non optat ad penam ut
moveatur mare ubi est secundum aliam
expositionem ad timorem ut supra. Mo
veatur mare terrore iudicii secundum
aliam expositionem ad casum cum fit
per mortale peccatum unde Psalmus cvi.
Turbati sunt et moti sunt sicut
ebrii. Ebrii enim aut pene moti
sunt pedes. Item Psalmus lxxii. Si
dicebam motus est pes meus ad
interitum cum fit cum aliquis eternaliter
dampnatur ut Psalmus xvii. Funda
menta montium conturbata et commota sunt.

Mulieres tacent in ecclesia dicit
apostolus i Cor. xiiii. g. Tur
pe est enim mulierem in ecclesia lo
qui. Ieronimus. Et de mulieribus con
tinentiam instruunt creatori que ta
les esse volunt quales nate sunt.

Et Ambrosius de virginitate dicit tamen di
ligunt tales non diligunt illas
sed alteras non alteras sed adulte
rinas. Patet ergo quod mulieres non debent se
ornare ut placeant viris. Cyprianus
Mulieres indute sericis et purpura
non possunt induere Christum. Auro monili
bus et margaritis ornate ornamenta
cordis et corporis pectoris amiserunt. De
i Thimotheo ii. et i Petri iii. Vero in ornata
veste tulita auro vel argento. Forte
dicit quod uxori sufficit facere tamen ne
displiceat et tamen nec intendit placere
et displicere. Mulier est dei sapientia
ut Luce xv. b. Mulier habens drag
mas decem id est dei sapientia regens
divinam et humanam creaturam. Mulier
Christus ut Mt. xiii. d. Et Luce xiii. e. Fa
rinam abscondit mulier fermentum in
farina ea sata quia humanum genus in
tribus ordinibus Christus distinxit scilicet co
niugatorum prelatorum et continentium. Mulier
ecclesia ut Proverbiorum xxxi. b. Mulierem fortem quis
inveniet quia soli deo est etiam inven
ire statuere. Mulier virgo Maria ut
Ieremie xxxi. d. Mulier circumdabit virum id est Maria
concipiet Christum. Mulier genus humanum ut
Luce xiii. c. Et similiter. Et ecce mulier
que habebat spiritum infirmitatis quia genus humanum
diabolus possedit per peccatum. Mulier anima
fidelis ut Proverbiorum xiiii. a. Mulier sapiens edi
ficat domum suam quia anima devota repa
rat mentem suam. Mulier vanitas huius se
culi ut Apocalypsis xvii. b. Et mulier erat
circumdata purpura et coccino quia
mundi huius amatores magis pro superbia
decipiunt. Mulier crudelitas ut Apocalypsis
xvii. c. Vidi mulierem ebriam de sanguine
martirum Ihesu Christi quia crudeles in mortibus
christianorum persecutores delectantur. Mulier
doctrina heretica ut Proverbiorum xi. e. Mulier pulchra
et fatua quia sermo hereticorum propter ornatum
verborum pulchra sed habet errorem de proprietatibus
fatuus. Mulier impietas ut Zacharie
v. c. Ecce mulier sedens in medio amphore

qr in mente eius sz impii impietas dicit.
Multiplicatis scte dic ut Cant. i° d. opulen
ter multiplicatis i. inter aias devotas spual
pulcitudis ornati tenes. Mulierbs sb
dit ut Gen. xxxv° e. vir cu mulierib
pbuit armillas / qz plati cu sbiecte
devotas deo offerunt oroes actos. Mu
lieres voluptuosi quoqz ut Ysai. iii° d.
Et mulieres dominabunt eorum. i. voluptuosi
plati pcunt eis. Mulier seroq ut ad Ga
latas iiii° g. factum ex muliere. Mulier
infirmitas ut Job xiiii° f. hō natus de muli
ere brevi vivens tpe etc.

Mundatur aia p baptm vel p pniam
per elemosinaz. De pmo Ysai. i°
f. lavamini et mundi estote. De sc°
David ps. l. Cor mundu crea i me
deus. De 3° Luce xi°. date elemosi
nam et ecce oia munda sunt vobis

Munda dr conpiracio tetum pt su
munditiaz ar... mundial Jo. i° a.
Mundus per ipm factus est. i. regio
sublunaris ut Jo. xii° c. princeps huius
mundi eicietur foras. Amator mundi ut
Jo. i° a. mundus eum no cognovit. Habi
tatores mundi Jo. xv°. Totus mundus
pg cum vadit. Item Jo. iii° g. Ergo
vem in medium in bapt mundu i. con
versator et consultator hoim. Mundus
i. morem mundi appellat qz i sc tota
... oibus creatura dicitur est. Ap. xvi f. x.
vita mundi pro Jo. xviii° g. Regnum
meum no est de hoc mundo. Item Jo. xv°.
Si de mundo fuissetis mundus quod suum fu
isset dilexisset. Mundus comparatur egipto
pter opm plitudic / qz sicut hebrei op
pressi sunt in egipto ita fideles oppmun
tur in mundo qd factu est ut illi odis
sent egiptios z isti mundum ut mater
volens filium suum ablactare mammas
respgit amaritudine vt Jere. xx° b.
Ecce ego sepiam viam tuam spinis
pt duplitez intptatoz / qz sic egiptus
intptatur tenebre ita mundus tenebrosus
vt Ysai. ix° a. populus qui ambulabat
in tenebris vidit lucem magnam / Et

sic egiptus intptatur affliccio ita z nos
affligimur in mundo vn Eccles. ii° e. n
il cuncta sub sole et ecce oia vani
tas et afflictio spc

Mutacio dextre excelsi e impnti nd
vetustas culpe mutatur in novita
tem gratie / In futuro erit omn
vetustas pene mutabitur in novitate
glorie qn deus absterget lacrimas ab
oculis sctorum Apoc. xxi° b. Mutatur de bo
no in malum vn Trenorum iiii° b. quo
obscuratum est aurum. De malo in
bonum ut Ysai. xli° g. Bti vir qui mu
tat fortitudinem. De bono in optm
ut Job xiiii° c. Cunctis diebus quibus nunc
milito expecto etc.

Materia est corp cordis disciplina
ut pro. xxiii° g. ... lapidum
i. disciplina stabilium cogitatio
num destructa est. Materia latus
xpi ut Cant. ii° c. in caverna mace
rie. i. in vulnere lateris xpi. Materia
virginum mediatum ut ps. lxxxix° / ut
quid destruxisti materiam eius qz virginum
mediatrix in pplo illo gubernari de
buit duos autem prnsit. Materia
fides et operatio Rom. xxii° c. / inter
duas materias quibus vince con
gebant / quia per fidem et operatoz
aie fideles moniunt

Malum punicum est sanguis xpi
ut Cant. vi° c. Sicut cortex ma
li punici quia per effusioz san
guinis xpi scta ecclia paratur sibi
assumit. Malapunica operationes
bone ut Exo. xxviii° c. Mala
punica facies ex iacincto. i. opera
bona ppt celestem mercedem. Mala
punica illi qui fidem unam tenent
ut Cant. iiii° f. paradisus malorum
punicorum. i. scta ecclia in una fide
continens hoies diverse pfessiones. Mala
punica maturis ut Cant. vi° g. si
floruerunt mala punica. i. si apparuerunt
maturis. Malapunica aie electorum
ut Cant. ii° b. fulcite me floribus
stipate me malis quia scta ecclia

langwida aio veginq̄ue desiderat
bono opere proximi que n̄ dum
pt videre deum wltu dī
Malagnata sunt agmina electo
rum ut iii. Re. vii. c. Malo
granatorum aute ductos all
ordines erat qui electi dilatione
dei et proximi p̄manent Malog
nata virtutes ut Can. iiii. b.
Emissio malognatorum i. sanctitatem
que procedit de virtutibus sanctorum
Mamme sunt predicatores ut Can.
iiii. d. Quam pulcre sunt ma
me tue sponsa i. quam pulcri
sancti sunt predicatores tui qui
lac fundunt predicatores in ecclesia
Mamme sensus naturales ut Ezech.
xxiii. a. Fracte sunt mame puber
tatis tue quia ymmersis in gaudio hu
mano naturales sensus obstructi sunt
Matutinum est prosperitas
ut ps. lxiiii. c. Exitus matu
tini et vespere delectabis i. con
temporis prosperitatis et adversitatis
fideles tuos delectabiles facis Ma
tutinum excitatio ut ps. lxii.
In matutinis meditabor in te i. in
excitatione mea studebo sine tibi
Matutinum iusticia ut ps. xxix.
Et ad matutinum leticia quia illis
qui ad xpm iusticiam tendunt datur
leticia Matutinum dilatio ut ps.
lxxii. Et castigatio mea in ma
tutino i. sine dilatione castiga
tus sum Matutinum dies iudicii
ut ps. C. In matutino interficie
bam omnes peccatores terre i. malos
in die iudicii quando lux eterna ori
ri incipiet dampnandos intelligebam
Manipuli sunt
bona opera ut Gen. xxxvii.
b. Putabam quod manipulos ar
tum ligantes quia viri sancti scie
runt se non posse per se bona opera
sua quantumlibet bona fuerint xpo
comparari Manipuli premia sanctorum
ut ps. Cxxv. Portantes ma
nipulos suos quia per bonorum opera

p̄ speciali que inde habent eterna in
fine premia accipiunt
Mandragore sunt bone fame
ut Can. vii. g. Mandragore
dederunt odorem in portis
nostris i. bone fame contulerunt
et requietam in necessitatibus suis
nuis Mandragora favor popularis
ut Gen. xxx. a. Da mihi partem de ma
dragora filii tui i. de laude popularis
Margo est fides
ut Ezech. xl. c. Et margi
nem ante thalamum i. fidem vel an
contemplationem
Mare est baptismus ut Apoc.
iiii. d. Mare vitreum simi
le cristallo i. baptismus pu
ritatem fidei habens et fidelitate
Mare est mundus ut Job. ix. c.
qui graditur super fluctus maris
i. qui superat scandala mundi Ma
re gentilitas ut ps. lx. v. Trans
ferentur montes in cor maris
i. apostoli convertent se ad gentes Ma
re homines pravi ut ps. lxxx
viii. Aquilonem et mare
tu creasti i. dyabolum et eius
membra in flagello tuo formasti
Mare secularis occupatio ut ps.
Cvi. Qui descendunt in mare
in navibus quia prelati in curiis regentes
de secularibus negociis se intromittunt
Mare infirmitas ut Job xxxviii. c. Numquid
ingressus es profunda maris quia vos
ad infernum descendit Mare voluptas
secularium ut Job xxviii. Et mare loquitur
non est mecum quia in illis qui seculi vo
luptate delinquunt sapientia non moratur
Mare mens prava ut Job xli. g.
Faciet fervescere quasi mare ebullit
ut mare quia dyabolus mentes pravas
illicita desideria incendit Mare pene
infernales ut Apoc. xx. Dedit mortuos
mare i. reddidit eos pena infini
ta Mare divinum eloquium ut Ezech. i. d.
Species rotarum et opus earum quasi visio maris
Mare cor hominis ut Job xxxviii. b.
Quis conclusit hostiis mare quando erumpe
bat quasi de vulva procedens

Marmor firmitas bona ut
Cant. v. g. Crura illius
sicut marmoree colum-
ne quia qui xpm in membris
suis sustinent firmi et stabiles sunt
Margarita est celeste
desiderium ut Mt. xiii. f. In-
venta una preciosa mar-
garita i. conceptu in mente de-
siderio celesti Margarite spiri-
tualia sacramenta ut Mt. vii. b.
Neque mittatis margaritas vestras
ante porcos d. i. misteria nostre
comitatis inmundis Margarite
homines iusti ut Apoc. xxi. d. Duo-
decim margarite duodecim por-
te quia homines sancti per fidem
et doctrinam apostolorum aditum habent
ad regnum celeste Margarite
delicie terrene ut Apoc. xvii. c.
Mulier erat ornata margaritis
quia fallacia seculi huius terrenis
desideriis deliciis nitet

Masculus est spiritus homo ut Gen.
i. g. Masculum et feminam
creavit eos quia ut ait
Iohannes Cris. Vir aliud est homo ver-
nisi aut corpore quia quomodo Ma-
sculus quilibet homo ut Gen.
xvii. d. Masculus cuius caro circum-
cisa non fuerit quia quilibet homo
qui illicita a se acta non resecat
peribit Masculus sensus ratio-
nalis ut i Reg. vi. Omnis ma-
sculus fuit mortificatus quia dya-
bolus sensum in homine rationalem
extinguere studet

Mater est civitas celestis ut
Galat. iiii. f. Que sursum
est ierusalem libera est que est ma-
ter nostra quia peccati nullius servi-
ti civibus illa celestis subiacet Ma-
ter sancta ecclesia ut Prov. ... d.
Cum dolore ut parturiens mulier i. e.
vix parturit per angustias fide ecclesie
Mater sancta Maria ut Cant. iii. g.
videte Salomonem in dyademate
quo coronavit eum mater sua i.
diligite xpm in humanitate
qua induit eum virgo Maria
Mater gratia dei ut Cant. vi.
d. Columba mea una est matris
quia simplicitatis sancte et unius
me facit gratia dei sancte et unite
viciata ut Iob xvii. g. Mater natura
dini dixi mater mea es quia putre-
propter peccatum natura humana impu-
tredinem indiget Mater plebs
iudaica que xpm crucifixit ut
Cant. viii. c. Corrupta est mater tua
quia quondam plebs iudaica xpm cru-
cifixit in spirituale corruptorem in-
cidit Mater synagoga ut Cant.
iii. a. Tenui illum nec dimit-
tam donec introducam in domum ma-
tris mee quia modo in ecclesia xpi
fideles tenentur tamen quia in fine mun-
di synagoga suscipiet Mater
predicator ut Mt. xii. g. Ipse fra-
ter meus et soror mea et mater mea
quia predicator convertendo alias in
fide parit Mater concupiscentia ut Ps.
lxx. De ventre matris mee tu es pro-
tector meus i. ut quidam a concupiscentia
protexisti me Mater sanctissima
cara ut Ps. xxvi. Pater meus et mater
mea dereliquerunt me dominus autem
assumpsit me i. Adam et Eva me
exposuit et xps me redemit Ma-
ter terra ut in Eccl. xl. usque in diem
sepulture in matrem omnium i. in terram
que omnes in se recipit

Malleus ut Ier. l. d. Confractus
est malleus universe terre i.
victus est dyabolus qui contrivit pecca-
tores Malleus peccato celestis ut
Iob xli. f. Quasi stipulam esti-
mabit malleum quia tempus dyaboli
quod est malleus peccatorum celestem
peccatorem non semper timebit

Maxilla est caro ut Iob xvi. d.
Percusserunt maxillas meas
i. depopulaverunt carnes meas

Maxilla predicatio ut iudicum
xv. f. In maxillis azini per
cussit eos / quia per simplicitatem do
ctrinam apostoli superbos prostravit
Maxilla malicia dyaboli ut
Job xl f. armilla perforata
maxilla quia dominus sua
via nos a malicia dyaboli
liberavit. Maxille predicato
res ut Treno i a. lacrime in ma
xillis eius / quia illi qui magis
plangunt vitam carnalium frangere
predicando noverunt
Medulla est corpus christi ut deutero
xxxii. b. et hircos cum medul
la tritici i. opera prime cum
corpore christi. Medulle divine
carnis Job xxi c. et me
dullis ossa illius irrigantur. per vi
res impii tenebris demonstrantur presi
stentantur. Medulle intentio
nes ut hebre iiii d. Compa
ginum quibus medullarum i. cogitatio
num et intentionum. Medulla
nobilitas regni ut Ezech. xvii
a. de aquila legitur / que venit
ad libanum et tulit medullam
cedri / quia rex babilonis nobilita
tem iudaici regni occupavit
Mel est ipsa dulcedo
ut Job xx b. Torren
tes mellis et butiri i. habun
dancia suavitatis et dulcedinis
Mel sapiencia spiritualis ut Prover. xxv
d. Mel invenisti comede quod suf
ficit tibi i. non plus sapere quam opor
tet sapere. Mel contemplatio
ut Cant. iiii f. Mel et lac sub
lingwa tua / quia predicatores
et actum docent et contemplacionem
Mel anime superne ut Cant. v a. co
medi favum cum melle meo i. animas
stabis carnis immortalitate quam
dictos in gingua. Mel dulcedo
carnis ut Levit. ii c. Nec quic
quam fermenti aut mellis adole
bitur in sacrificio domini / quia nec a su
perbia mentis nec voluptas carnis

lacte. Mel doctrina christi ut deutero
xxxii b. Suxerunt mel de petra
i. dulcem sustinuerunt a christo doctrinam
Membra sunt teneri quique
in ecclesia ut Job xvii a. ha
bitus incepit vanos i. vanitates
in omnibus actionum meorum
Membra mea quasi in nichilum re
dacta sunt i. teneri et infirmi
mea pene consumpti sunt Membra
reprobi ut Job xl f. membra
carnium eius cum se quia reprobi
in malo sibi consentiunt
Menses tempora actionum ut Job
vii a. habui menses vacuos
vanos i. vanitates in temporibus
actionum mearum Menses ordi
nes angelorum ut Job iii b. nec
numeretur in mensibus anni i. inter
angelos electos prius dyabolus
non pertingat ad salvatorem Mense
sibi est bona requies mentis
ut psalmo lxvii g. Erunt mensa
et mense / quia qui modo in mente
a malo quiescunt / in futuro gaudio
quiescent
Meretricia sunt ornamenta vir
tutum ut Ezech. xvi b. perpetui
omnia mercina eius i. destruxit
omnia ornamenta virtutum eius
Meridies est christus ut Job v d.
Sicut in nocte sic palpabunt in
meridie / quia acri(?) est peccator
et cecati carent luce in claritate christi
Meridies ascensio christi ut Prover.
vii c. et meridie nativo(?) i. ascen
sionem eius predicabo Meridies
tribulacio ut Cant. i c. ubi cubas
in meridie i. in quibus requiescere
in persequtione Meridies fides
ut Gen. xviii a. Abraham suscepit
pit in meridie i. in fervore fidei
Meridies sacra scriptura ut Ysa.
lix d. impegimus in meridie
quia littera in sacra scriptura per
pravum intellectum offendimus. Me

redicos ardor caritatis ut Gen. xix. b.
ad auroram per meridiem / quia iam
a caritate dei hoc per peccatum tor-
puerit. Sequitur

Mercenarius est quilibet iniustus
ut Job. xiiii. a. Sicut mer-
cenarii dies eius / quia iniustus pro mer-
cede eterna laborare non curat. Mer-
cenarius ypocrita ut Jo. x. b.
Mercenarius autem non sunt oves
proprie / quia simulatus prelatus curam
de subditis non habet.

Meretrix est anima polluta
ut Ysa. i. c. facta est me-
retrix civitas fidelis / quia
anima in qua deus habitare so-
lebat per peccatum polluitur.

Mice sunt subtilitates sacre
scripture ut Luce xvi. c. cu-
piens saturari de micis / quia
quilibet prelatus sacre scripture specta-
tes et profunditates intelligere
concupiscit. Sequitur

Milites sunt angeli ut Job.
xxv. a. Numquid est apud te in-
numerus eius militum / quia contra
ad nos angeli invisibiles sunt. Mi-
lites virtutes spirituales ut Math. viii.
b. Habens sub me milites / quia anima
sancta virtutibus roboratur.

Milvus est dyabolus ut Zach. v.
f. Et habebant alas quasi
alas milvi / quia reprobi ad instar
dyaboli in superbia se extollunt.
Milvi rapaces ut Levit. xi. b.
Milvum et vulturem non comedetis
id est rapaces et immundos non debetis
imitari. Sequitur

Mirra est mortificatio ut Cant.
v. c. Manus mee stillave-
runt mirram / quia operarii sancte
circa mortificationem carnis in-
tendunt. Mirra tollerancia passio-
nis ut Cant. iiii. c. Vadam ad
montem mirre id est visitabo per gratiam
vitam sublimes in passionibus.
Mirra mors Christi ut Cant. i. f.
Fasciculus mirre dilectus meus
mihi quia mors Christi apostolis amari-
tudinem passionis intulit. Mirra me-
ritum martirum ut Cant. v. a. Messui
mirram meam id est martires
meos ad me perduxi.

Mirtus est temperantia cogi-
tationis ut Ysa. lv. g.
Pro urtica crescet mirtus / quia
ubi prudens erit cogitatio
ibi erit temperata. Mirtus com-
passio ut Neem. viii. c. Afferte
et lignum olive id est compassionem
et misericordiam.

Mirica vita impii ut Jer.
xvii. b. Erit quasi mirice
in deserto quia vita cuiuslibet
impii a deo derelicta est.

Mitra est stabilitas mentis
ut Judith xvi. c. Colli-
gavit cincinnos suos mitra
quia fidelis anima cogitationes
suas stabilitatis rigore roborat.
Mitra continentia ut Exo. xxix.
c. Facies filiis Aaron mitras / quia
lex suadet ministris Christi ut sint
continentes. Sequitur

Moab est gentilitas ut Ps. lix.
Moab olla spei mee
id est gentilis populus spe salutis
sue confortatur. Moab quilibet ini-
micus ut Ps. lxxxii. Adversum
te disposuerunt tabernacula Idu-
meorum. Ismahelite Moab et Aga-
reni quia contra Christum et qui sunt Christi
se erigunt illi qui mundum dili-
gunt / qui sibi in voluntate carnis
consentiunt qui ex parte dyaboli sunt
qui a bono sunt alieni quia Idumea
interpretatur terrena / Ismahelite sibi
obedientes / Moab a patre Agare-
ni advene. Moab dyabolus ut Ysa.
xvi. c. Audivimus superbiam Moab su-
perbus est valde quia dyabolus contra deum
singulariter superbit. Moab /

petram ut Ysa. xv° a vastatis
est ar moab conticuit, quia destructa
per mortem Christi civitas contra
adversarios dyaboli peccati a quibus
clamor cessavit, quia ar moab
adversariorum inspirata

Modius est commodum temporale
ut Luc. v° b Nemo accendit
lucernam et ponit eam sub
modio, quia predicatio commodo
temporali postponenda non est.
Modius perfectio ut i. Reg. i° e Et mox
quam adduxerunt eum in modio
farine, quia bona nostra actio in
perfectione eterne munditie deo
offerenda est

Monilia sunt ornamenta vir
tutum ut Cant. i° c, collum
tuum sicut monilia i. predica
cio tua animas exornat. Monilia
blandimenta viciorum ut in Ysa.
Auferet dominus monilia, quia vicio
rum blandimenta destruet

Morus est dyabolus ut Luce
xvii° b Diceretis huic arbori
moro eradicare, quia apostoli dyabolum
in omnibus radicitus suo verbo extirpaverunt

Mortariolum est mens hominis
ut Num. xi° b Terebat in
mamma in mortariolo, quia sacra
scriptura subtiliter est in mente per
intellectum comminuenda. Morta
riola martiria ut Exo. xxvii°
d Et iii Reg. vii° g i. mortariola
et turibula i. martiria et corda
sanctorum in amore dei ardencia

Mulus est quilibet
piger ut Ps. xxxi° Nolite fieri
sicut equus et mulus i. nolite
superbi esse et pigri

Munitiones sunt virtutes ut Ezec.
iiii° a Et edificabis munitio
nes, quia predicator in corde subditi
spirituales debet plantare virtutes

Murus est Christus ut Ysa. xxvi° a
Salvator ponetur in ea mu
rum, quia Christus est civitatis defensio.
Murus etiam ut Cant. viii° Ego
murus, quia sancta ecclesia munivit
eos qui sunt in ea. Murus ad
versitas huius mundi ut Ps. xvii°
In deo meo transibo murum
i. adiuvante deo vincam mundi
huius adversitatem. Murus disci
plina ut Job xxx° d Rupto muro
irruerunt super me i. destructo vigo
re discipline verberaverunt me.
Murus etiam ut Cant. v° d Tulerunt
pallium meum custodes murorum i. ma
la mea exuit vetustate prelati ecclesie
parum. Murus virtutes ut
Iere. xii° c Principes quoque eius destruxerit
muros eius, quia spirituales
eius virtutes gule vicium vastat etc.

Muri sunt principes mundi ut Jo
sue vi° c In tubarum sonitu cor
ruerunt muri iericho, quia in do
ctrina predicatorum humiliati sunt
principes mundi

Murenule sunt ornamenta virtu
tum ut Cant. i° c Murenulas
aureas faciemus tibi i. omnia or
namenta virtutum caritate plena
construemus tibi

Musca est inquietudo cordis ut Exo.
viii° f Venit musca gravissima
in domo pharaonis, quia in mente pec
catoris est gravis inquietudo. Musca peccator
ut Ysa. vii° f Sibilabit dominus
musce, quia in mundo inspirat peccatori ut
veniat ad eum

Mustum spiritualis fervor ut Cant.
viii° f ... mustum malorum gra
natorum i. fervor spiritualis devocionis

Mustum vehemencia fervens devocionis ut
Job xxxii° f Venter meus quasi mustum
absque spiraculo, quia in mente fervida ve
hemencia a sancto spiritu accensa durat

Mustela est vita perversa ut Levi
tici xi° d Mustela non come
detur i. vita et exemplum perversorum imitari
non debet

Nativitas
Necessitas
Nimius
Nativitas
Domini
Nomen domini
Novacula
Novitas
Nox
Nubes
Numerus
Nuptie
Naves
Nardus

Nasus
Navis
Navicula
Nebula
Nervus
Nemus
Nicticorax
Nidus
Nigredo
Nitrum
Nix
Noctua
Nurus
Nutus

Nativitas est corporalis ut act. i. f. / Sed in ea natum est de spiritu sancto e. / quia scilicet anima infunditur corpori xl.o die quia ita non fuit in Christo qui simul animam et omnes sensus habuit. Nativitas est ex utero unde psalmus. ysa. ix. b. / puer natus est nobis / De hac nativitate poterit intelligi illud act. xxvi. c. / Bonum erat illi si natus non fuisset homo ille scilicet ex utero / quia si in utero mortuus fuisset originale tamen peccatum haberet et nullam penam sentiret nisi carencie visionis dei tantum / vel si natus non fuisset ad baptismum / quia plus peccavit tradendo Christum quam si non fuisset amplius vel si natus non fuisset ad peccandum. Nativitas est spiritualis in fonte anime unde Io. iii. b. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto / in corpore unde apostolus ad Philip. iii.o / g. Salvatorem expectamus dominum Iesum Christum. Nativitas domini corporis est prima nascitur ad vitam nature quando nascitur mundo. Secunda ad vitam vitii, et tunc nascitur dyabolo. Tercia ad vitam gratie et tunc nascitur deo. Quarta ad vitam glorie quarum prima nascitur peccatoribus. Prima nativitate nascitur inter homines / secunda inter demones / tercia inter celestes cives / De prima ad literam dicitur Io. xvi.o c. / mulier cum parit tristiciam habet. Et ista nativitas est penalis ut dicitur Iob. v. b. / homo ad laborandum nascitur et avis ad volandum. Unde Augustinus homo cum natus statim plorat propter penam sue calamitatis / De secunda dicitur Ier. xx.o a. maledicta dies in qua natus sum. Et act. xxvi. c. / de filio perdicionis ait salvator Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille / De tercia sicut nos nasci debemus unde Io. iii.o b. ex quibus renatus fuerit ex aqua et spiritu. Eccl. iii.o a. / Est tempus nascendi et tempus moriendi. Tempus nascendi deo per penitenciam et spiritualem / tempus moriendi mundo per caritatem perfectam / De hac item dicitur i. Io. iii.o b. Omnis qui est ex deo natus non facit peccatum. Nativitas ista non deficit hominem unde Io. i.o a. Dedit eis potestatem filios dei fieri. i. Io. iii.o a. Carissimi filii sumus et nondum apparuit quid erimus. De quarta expositur illud Io. xvi.o c. Natus est homo in mundum .i. in vitam eternam .i. ad terram superiorem quod dicitur mundus a suis munditia. Nativitas divina duplex est / Est enim nativitas dei ex deo hec est nativitas singularis / Ergo in genuit Ps. ii.o pater ad filium Hodie .i. eternaliter genui te. Et sicut ista cantata fuit occulta ita et hec generacio occulta est unde in natali domini de profunda nocte et obscura missa celebratur in illis ... / Bonum dicit adhuc obscura est natura ista quo ad comprehendendum tam mentem deficit ad explicandum vox perficit inenarrabilis enim est ut Isaye liii.o c. /

quem cuius quibus enarrabit Nimbo
aut de filio dei / licet scire quod natus
sit Non tamen scire quomodo natus sit Est
et quo ex eo singulare Eres cin
dit / ps. cxl° / Singulariter sum ego donec transeam Solita
no in solitudine / Est duplex est
animus duas solitudines Et xpc sin
gulariter et solitarie de virgine
solus natus est quod est contra humanam
naturam et contra ordinem nature quia de ven
tre mulieris et virginis nascitur xpc
Necessitas est triplex
Nam ut Ephe. iiii°. b. omnibus nascitur
filiis mee / Item ps. l° / Ecce enim in iniqui
tatibus conceptus sum / Necessitas con
tracta est ut cum peccatis nascitur ex
quo / Necessitas est illata unde
ps. xxiiii° / De necessitatibus meis
erue me / Illata est ut cum quis
rapitur et ligatur ut fiat sanctus
Necessitas est suscepta quam habuit
xpc vnde ysaie liii°. d. / Oblatus est quia
ipse voluit / Et suscepta est cum ali
quis fit monachus ex voluntate sed
postea fit ex necessitate
Nimis significat quandoque plus quam oportet
quandoque vero pro valde ut
in ps. cxviii° / Tu mandasti manda
ta tua custodiri nimis / id est valde
vel nimis id est plus quam non carnis
patitur / Item in ps. cxxxviii° /
Nimis id est valde honorificati sunt
amici tui deus
Nomen domini dicitur quandoque fama et
vnde in ps. viii° / Domine dominus
noster quam admirabile etc / Item ysaie xxx°.
f. / Ecce nomen domini venit de lon
ginquo / Quandoque virtus nominis cuius
vnde Act. vii. f. / In nomine tuo eiecimus
demonia id est in virtute tua / Quandoque po
tentia vnde ad Philip. ii°. c. / Dedit ei
nomen quod est super omne nomen etc
pane tuo sic reclamaret / sz contra
similiter diuinum est reclamare / peccata
cui pudet usurarium tali nomine vocari
ab eo minus exigentibus. Respondet
sic abscit ut talia faciam / vade in ad
patrem uel ad filium meum sz n. si forte
aliquid vobis aliquid dare potent

qd tibi ignoro Vere cum de talibus me
intromitto / Isti vero tales faciunt se pos-
simos esse usurarios donec quod toto
per se uel per alios reliquerit et
omnia que habuerit usque ad no-
uissimum quadrantem reddiderit possibile sibi
reddiderit et adhuc penituerit
Vath est gaudium luxus
Ut Job ubi audierit buccinam bucci-
nam dicit vath / et spiritualis dei
adleta adueniente tribulatione hila-
ris fit. Vath exprobratio malorum
unde Marcus .xxvij°. et Marcus .xv°. Vath
qui destruit templum dei .i. exprobran-
dum est ei qui talia de se iactat
Vacca est christus unde iiij. Reg. .xix°. a /
Vaccam ruffam integre etatis
que no portauit iugum .i. christum
infirmitatem nature assumpte sexu
femineo notatum omni peccatore inte-
grum nulli quod peccato subiacenti. Vacca
plebs iudaica unde Osee .iiij°. g / Sicut
vacca lasciuiens declinauit Israel. Vacca
spiritualitas unde Genesis .xv°. c. Sume
tibi vaccam trinam .i. redige spiritu-
alitatem tuam sub domino sancte trinitatis
Vacce sancti viri unde .i. Reg. .vi°. d.
gradiebantur vacce pergentes et mu-
gientes .i. qui in religione incedunt
sancti viri bene uincentes et eis qui
sibi affines sunt compassionis affectum
exhibentes. Vacce principes unde Amos .iiij°. a / Audite uerbum dei vacce
pingues .i. aufulcitate principes ar-
rogantes. Vacce etiam insipientes
unde psalmus .lxvij°. Congregatio thau-
rorum in vaccis populorum .i. congregatio
rectorum ad decipiendas animas
insipientium

Vagina cogitatio prima unde Job .xx°.
Eductus et egressus
de vagina ad opus malum de co-
gitatione sua. Vagina mea unde

Johis xviii. b. Mitte gladium tuum in vaginam. i. quiete discretionem tuam in mentem

Vallis est vita presens unde ps. lxxxiii. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum quia vir sanctus per merita cottidie nititur ascendere in presenti vita. Vallis mens humilis unde Luc. iii. b. Omnis vallis implebitur i. mens humilis plenitudinem habebit gratie. Valles mentes iniquorum unde Job xx(?) d. Sic torrens qui rapitur transit in convallibus quia delectacionis impetus ex abrupto se immergit mentibus iniquorum. Valles humiles unde ps. lxiiii. Valles habundabunt frumento i. humiles bono replebuntur divino.

Vapor est acritas(?) unde Johel ii. g. Sanguinem et ignem et vaporem fumi i. crudelitatem malicie et ardorem gravie(?) et ... (?)

Vapor status vite presentis unde Jacobi iiii. f. Vapor est ad modicum parens i. instabilitatem habens.

Vectis est crux Christi unde Num. xiii. c. quem portaverunt in vecte duo viri quia Christo crucifixo crediderunt duo populi. Vectis humanitas Christi unde Job xxxviii. b. Et posui vectem et hostia quia mediator Dei et hominum Christus incarnatus et apostoli cum ipso steterunt. Vectis angelus unde Ysa. xxvii. a. Super leviatan serpentem vectem i. super diabolum venenosum dicit(?). Vectes viri sancti unde Exo. xxvi. c. Facies et vectes de lignis sethim i. virtutibus fortibus viros sanctos ornabis. Vectes spiritus maligni unde ps. cvi. Et vectes malignos confringit i. spiritus malignos malicia(?) demones superabit.

Velum obscuritas legis unde Luc. xxiii. f. Et velum templi scissum est i. obscuritas sacre divine(?) scripture revelata est. Velum celum unde Levit. xvi. a. Summus pontifex intrabit in intra velum i. Christus penetrabit celum.

Vellus virgo Maria unde ps. lxxi. Descendet sicut pluvia in vellus i. per spiritum sanctum venit Christus in uterum virginis.

Vena est Dominus unde Jerem. xvii. c. Venam aquarum viventium Dominum i. originem virtutum indeficientium Deum (?). Vene divine pagine libros sanctos continent. Vene subtilitates intime locutionis unde Job iiii. e. Venas susurri eius i. subtilitates intime locutionis eius. Vene peccata unde Ozee xiii. g. Siccabit venas eius quia Christus natus de virgine peccata mundi abstulit.

Venenum est malicia unde ps. xiii. Venenum aspidum sub labiis eorum i. malicia eorum i. malicia demonum aspidum sub labiis eorum i. mentibus(?) eorum.

Ver est initium boni operis unde ps. lxxiii. Estatem et ver tu plantasti i. plasmasti ea quia per te actus incipientes deo placeant(?).

Vertex est racio ps. vii. In verticem ipsius iniquitas eius descendet i. racionem iniquitate eius excecabit. Vertex potestas unde Deut. xiii(?) d. De vertice antiquorum montium i. de sublimitate potestatis priorum patrum.

Vestis est caro Christi Apoc. xix. c. Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Vestis caritas ps. xxi. Et super vestem meam miserunt sortem quia caritas eius tam indivisibilis(?) est ut nullus eam nisi per unitatem(?) gratiam sortem i. per dignam gratiam habere possit. Vestis sanctitas ut Ephe. v. f. Ecclesiam non habentem rugam neque maculam quia gratia quadam veste Dominus

cõia sua induta est quod nec privitatem in actione nec simulatorem exercet in intentione Vestes quidem immunditiae studens Luc. xxiij. a. Sprevit autem illum herodes indutum veste alba quia xpm in electis suis qui mori mundicie student dyabolus in ipsis hominibus spernit Vestes martirii xpi Joh. xix. a. vestem coccineam circumdederunt ei quia sanctis martiribus usque ad sanguinem resistentibus dominus induitur Vestes sive pure sapientie Gen. xxvij. c. vestibus esau quas apud se habebat domi rebecca induit jacob / quia filius scolaris pariter ture plebi induere sapientiam dare mr gratia quas apud se in pectore servavit pplm ornat spiritualiter

Vestigia sunt operationes dei vnde Job xxiij. c. vestigia eius secutus est pes meus . i. operationes eius in effectu complevi Vestigia visitationes dei corporis hereditas Vestigia puncta dei vnde ps. lxxvi. Et vestigia tua non cognoscentur / quia puncta dei per effectum quidem innotescit sentitur sed per intellectum non comprehenditur Vestigia opera mala vnde Cant. j. d. Et post vestigia gregum hedorum tare prava opera salvatore

Vestibulum vita eterna vnde Eze. xl. b. vestibulum autem porte erat interius / quia vita eterna merces est fidei cum in patria consequitur

Vesper est antixpus vnde Job xxxviij. f. Et vesperum super filios terre consurgere facis quod dominus permittit ut antixpus terrenis et reprobis dominetur

Vespere tempus incarnationis vnde Exo. xvi. b. vespere manducabitis carnes i. tempore incarnationis refectionem spiritualem habebitis Vespere perfectio operis vnde Gen. j. a. Et factum est vespere et mane i. perfectio et initium operis

Vespertilio amor mentis vnde Levit. xj. c. prohibetur ne quis comedat vespertilionem i. ne sequatur amorem

Vesica est tumor mentis vnde Exo. xxix. b. vesice turgentes i. tumores superbientes

Viatores sunt viri sancti vnde Job xxj. f. interrogate quemlibet de viatoribus i. consulite aliquem de viris sanctis qui vitam presentem peregrinam reputat

Vie sunt homines religionis vnde Cant. iij. a. per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea quia in conversatione religiosorum et secularium quaeram aliquid ad deum pertinens quod possim imitari Vie sanctorum celestes ut Thobie xiij. g. Et per omnes vicos eius alleluia cantabitur quia habitantes in illa domo domini celestis in secula seculorum laudabunt eum etc.

Vidua est sancta ecclesia vnde Job xxiiij. a. Et abstulerunt pro pignore bovem vidue i. heretici in pravos auditores subvertunt quibus intendebant tollere predicatorem ecclesie Vidua anima prava vnde Levit. xxj. c. viduam repudiatam non recipiet sacerdos uxorem / quia anima a deo recedens et pro malis operibus reprobata xpi coniunctione non est digna Vidua anima hominis vnde Job xxiiij. f. Et vidue bene non fecit i. anime sue nil utilitatis contulit Vidue plebes hereticis subiecte vnde Job xxij. b. viduas dimisisti vacuas i. sub hereticis reliquisti plebes bono opere vacuas in sententia

Vigiles sunt angeli ut danielis
iiii. vigilum decreto est. i. in ministerio
angelorum est. Vigiles sunt pastores
vnde cant. iii° d. Invenerunt me
vigiles qui custodiunt civita-
tem. i. amonuerunt me pastores
qui regunt ecclesiam
Villa est massa impiorum ut luce
xv° d. misit eum in villam ut
pasceret porcos. i. associavit eum que-
libet impiorum ut sensus immundos
nutriret. Villa dominium superbie
ut luce xiiii° d. villam emi et ideo
non possum venire / quia qui per fa-
stum superbie intumescunt nec ad
supernam patriam contendunt. Ville
gentiles populi ut cant. vii° f. Com-
moremur in villis quia xpc predica-
tores suos manet in gentilibus
Vipera est temptatio
dyaboli vnde Job xx c. et occidet
eum lingwa vipere quia in morte
anime per consensum perducit eum
suggestio dyaboli. Vipera actus
peccati vnde ysaye xxx° b. leo et lena
et ex eis vipera. i. dyabolus sug-
gerens concupiscentia lascivientes et actus
malus ex eis procedit
Virgo est illa cuius decus vir-
ginitatis vnde ysaye vii° d. ecce
virgo concipiet et pariet filium
i. maria xpm in partu illesa quia
in conceptu incorrupta. Virgo
sancta ecclesia vnde ii Cor. xi° a.
Despondi vos vni viro virginem ca-
stam exhibere xpo / quia [illegible]
predicator egregius offerre ecclesiam
sine macula et ruga salvatori
suo. Virgo anima sancta vnde levit.
xxi° c. virginem ducat vxorem quia
animam fidelem xpus sibi iungit
per amorem. Virgo mens prava

vnde ysaye xlvii° a. sede in pulvere
virgo filia babilon / quia mollis
in terrena cogitatione moratur a bo-
no opere sterilis [illegible] consilii
subiacta. Virgo plebs iudeorum
vnde amos v° a. virgo israel proiecta
est. i. plebs iudaica sterilis et in-
fructuosa ob incredulitatem impudica
Virgula est sancta ecclesia
vnde cant. iii° d. sicut virgula fumi
ex aromatibus sursum ascendit
tit ex virtutibus
Virencia sunt bona eterna
vnde Job xxxix° b. vi-
rencia queque perquirit. i. eterna
eterna bona sunt hic studet
Viscera sunt hominum mentes
vnde Job xxxviii° f. quis
posuit in visceribus. i. in mentibus
hominum sapientiam nisi ego. Viscera
affectus cordis vnde Job xvi° c. effu-
dit in terram viscera mea. i. dyabolus
permisit in terrenis affectiones
meas. Viscera superbia impiorum vnde
Job xx° c. viscera eius plena sunt
adipe. i. superbi mentem plenam sunt ter-
rena iocunditate
Vitis est xpc vnde Joh. xv° a.
ego sum vitis. i. ego sum
origo et robur omnium bonorum. Vitis
fides vnde Gen. xlix° c. et ad vitem
o fili mi asinam suam. i. sacramenta
fidei ligabit ecclesiam suam. Vitis
quelibet perversus vnde Jer. ii° c. sedis
alienam (?) [illegible] quasi eis in amara-
ritudinem vitis aliene. i. quo fit
ex bono et fructu malus fetus eis
et perversus
Vitta est predicatio sancta vnde Cant.
iiii° b. sicut vitta coccinea labia
tua quia per predicatores suos cogitacionem

fluxam in mentibus auditorum predicato-
res restringunt. Vitta sponse celo-
stium vide Exo. xxviii. f. ligabis quoque
eum vitta iacintina, id est doctrine per-
fectione celestium confirmabis in mente
tua. Vitta perfecta doctrina vide Num.
xv. c. ponentes in eis vittas iacin-
tinas, id est hiatus in cordibus suis per-
ceptos divinas.
Vitulus expone vide Ge. xviii.
Tulit vitulum de armento, id est
Christum de gente Iudeorum nati. Vitulus
superbia cordis Levit. iiii. b. Of-
ferat pro peccato suo vitulum, id est pro
vano suo commisso superbiam in corde
suo humiliet mortuam. Vitulus re-
demptor passus vide Luce xv. g.
vitulum saginatum occidite quia omnibus
salutis plenitudine ornatus dominus
pro peccatoribus mortuus est. Vitulus
dyabolus vide Exo. xxxii. b. Fece-
runt vitulum et adoraverunt, id est subie-
cerunt se dyabolo et adhe-
serunt. Vitulus caro mea vide
i Re. i. g. immolaverunt vitulum et
obtulerunt puerum Heli quia tunc deo
offertur digne puritas cordis si
prius mactetur lascivia carnis.
Vituli Iude vide Iere. xxxiiii. e. Qui
inciderunt inter vituli in partes
qui sunt iniqui superbi Iudei. Vitu-
li lascivientes motus carnis vide
Psal. l. e. Tunc imponent super alta-
re tuum vitulos, id est in mente tua
motus lascivos motus deus mor-
tificabit.
Vitula caro Christi vide iii Reg. xvi. a.
Ut adducant ad te vitulam ruf-
fam, id est carnem Christi ob passionem
carnis pene colore notatam. Vitula
uxor Sampson vide Iudicum xiiii. g. Nisi
arassetis in vitula mea, id est nisi comperissetis

ab uxore mea. Vitula mens prava
vide Osee x. c. Vitula Effraim docta
diligere trituram, id est mens prava tra-
here inquietudini assueta.
Vitrum est status animi celestium
vide Job xxviii. c. Non adequabitur
aurum vel vitrum quia Christo comparari non
potest vel status in hac vita fulgentis
vel amor celestis mutuas animarum
cogitationes perinde ostendens. Vitrum fal-
lax blandimentum huius seculi vide
Prov. xxiii. g. Cum splenduerit
color eius in vitro, id est cum carni-
tur in fallaci blandimento species
amoris mundialis.
Volucres sunt sancte anime vide Job
xxviii. g. Volucres quoque celi
latent quia ut sancte anime ad plenam
dei cognitionem in hac vita pertingere
possint. Volucres principes huius
seculi vide Luce. xiii. c. Ita et vo-
lucres celi requiescunt in ramis eius
ut in ipso summi principes pascet in
patientia eius. Volucres superbi
vide Psal. lxviii. Volucres celi et
pisces maris, id est superbos celi et
curiosos mersos in profundis. Vo-
lucres maligni spiritus vide Matt. xiii.
a et Mar. iiii. a et Luce viii. a.
volucres celi comederunt illud, id est
maligni spiritus rapiunt illud.
Vomer est animae sancte religionis
vide Iudicum iii. g. percussit
viros sexcentos de Philistiim vo-
mere quia vir sanctus pravitatem tene-
brarum per animam sue religionis
prostravit. Vomeres predicatores
vide Ys. ii. c. Conflabunt gladios suos
in vomeres suos, id est mutabunt lingu-
arum suarum operationes in salubres
predicatores.
Vultus est cognitio veritatis
vide Psal. lxvi. Illuminet vultum

sum sup nos et mistificat mi e in
fundet cogitacionum vitatis sup nos
Vultus est mens prima. ut iob.
xv. q. vultum induit eius opposuit
i. mentem corpus qui xpm indicantur
errorem obscurauit. vii. j. Cor. iiij. d.
Si enim cognouissent numquam dominum glo
rie crucifixissent
Vultum est redemptor ut vii. iob.
xviij. b. Rc intuitus est oculus
vultus qui synagoga probauit
non apparuit precepta saluatoris
Vultur quilibet raptor ut leuitici.
xj. b. In lege prohibetur comedere vul
turem i. imitari raptorem
Vlnus est peccatum. vii. iob. xvj. c.
Concidit me vulnere sup
vulnus i. peccatum sup peccatum in quo
qui in se fidem iniecit eradicare
me presumpsit Vlnus tribulatio vii.
pro. xx. g. liuor vulneris abstergit
mala i. dura tribulatio aufert
peccata Vlnus caluitas vii. Cant. v.
c. Fodum aliam eam vulnerata cari
tate ego sum i. cupide dilectionis vul
nerata sum Vlnus flagelli do
lor vii. iob. ix. multiplicauit vulnera
mea i. multiplicata sunt angu
stie quas pati feci ecclesia curati
Vulpes est herodes vii. luce. xiij.
g. Ite dicite vulpi illi i. frau
dulento herodi Vulpes dolosi
quique ut cant. viij. d. vulpes fouc
as habent quia fraudes sunt in men
tibus impiorum Vulpes heretici
vii. Cant. j. Capite nobis vulpes par
uulas i. cauete hereticos fraudulen
tos Vulpes persequutores vii. iudi.
cum. xv. b. Sampson descenderat iu
faciebant per pacta philistinorum quia per
nomquam per caudas persequtores bona
diligunt impiorum Vulpes maligni
spiritus vii. ps. lxij. c. Tradentur in ma
nus gladii etc. i. dampnabuntur in
iudicio et ibunt in ignem eternum qui
paratus est dyabolo et angelis eius
Vbera sunt testata
Vbera vii. Cant. iiij. b. duo vbera
tua sunt duo hymuli quia duo te
stamenta duo per intellectum fi
gurantur populi Vbera mistica verba
suscepturi vii. pro. xxx. g. qui em
forciter premit vbera ad eliciendum
lac exprimit butirum quia qui dis
cutit profunda verba ad comprehendendum dul
cedinem pinguem inde colligit
intellectum Vbera duo testamenta pre
cepta caritatis vii. Cant. iiij. e.
Pulcriora sunt vbera tua vino i. lon
ge sunt meliora gemine caritatis
precepta carnali dilectione Vbera
illicita blandimenta vii. iob. iij. d.
Cur lactatus vberibus i. cur meme
oria fouebunt blandimenta Vbera
illicita desideria pro. v. mac. stem
nebriant vbera eius omni tempore et
dictis et suaui cupitis amplexa
bus i. reficiant me illicitis desideri
is et delectacionibus
Vlcus est consuetudo mala vnde
Leuitici. xiij. a. lepra est in
vbere i. in culpa inueterata ap
paret malicia Vlcera precepta
vii. luce. xvj. d. g. et canes veni
ebant et lingebant vlcera eius quia
predicatores et doctores et curate peccata
populi gentiles
Vlule sunt magni vii. ysa. xiij. d.
Respondebunt vlule in edibus eius
quia doctores pro nominibus per iniuriarum quando dixit
loquuntur in cogitacionibus impii
Vlnus est quilibet peccator vii. ysa.
xxj. a. Venit in deserto abiecti

et ulmum: i. in generalitate et statua contemplativorum et fidelium sectatorum predicatorum sustentantium.

Umbilicus ordo predicatorum ut Cant. vii° b. Umbilicus tuus crater tornatilis quia predicatores cetere ad rectitudinem operis potius infundunt predicationes. Umbilicus luxuria ut Job xl° c. Virtus eius in umbilico ventris eius, quia dyaboli potestas in masculino et feminino maxime per luxuriam dominatur. Umbilicus affectus carnis ut Ezech. xvi° a. Non est precisus umbilicus tuus, i. non est ablatus a te carnalis affectus.

Ungula est perfectio ut Job xxxix° c. Terram ungula fodit quia predicator sectis duritiam in subiectis perfecte virtute emollit. Ungula ultima operatio ut Exo. x° g. Non remanebit ex eis ungula, quia nec ultima operatio si sit bona fuit in felicitate proposito retinenda debemus. Ungula finis mundi ut Gen. xlix° d. mordens ungulas equi, quia semitam suam exercebit dyabolus in fine mundi in antichristo etc.

Unica est anima ps. xxi° De manu canis unicam meam i. de potestate hostis animam meam.

Urna est humanitas Christi ut Ebre. ix° a. Urna aurea habens manna i. humanitas Christi omnium virtutum suavitate plena.

Urtica est asperitas vitiorum ut Ysa. lv° g. pro urtica crescet mirtus, i. pro asperitate vitiorum cum temperantia virtutis. Urtice affectiones prave ut Ysa. xxxiiii° f. In domibus eius orientur spine et urtice, i. in cogitationibus eius crudi affectus pungentes et delectationes mordaces.

Ursus est quilibet fidelis ut Ysa. xi° c. Vitulus et ursus pascentur, i. qui crudeles fuerunt pace scripture quibus reficiuntur. Ursus invidia ut i. Re. xvii d. leonem et ursum interfeci ego servus tuus, i. superbiam et luxuriam ego extinxi. Ursi impugnatores ecclesie et Roma laceraverunt iudeos.

Uterus est sapientia patris ut Ps. cix° Ex utero ante luciferum genui te, quia sapientia sua pater ab eterno genuit filium suum. Uterus synagoga ut Job xix° c. Orabam filios uteri mei, i. humiliter alloquebar homines synagoge. Uterus gratia dei ut Job xxxviii° d. De cuius utero egressa est glacies, quia de gratia dei sunt synagoga indurata.

Uter est sacra scriptura ut Ps. xxxii° Congregans sicut in utre aquas maris, quia Christus adunavit ecclesiam suam ex populo gentili. Uter littera legis ut Gen. xxi c. Tollens panem et utrem aque imposuit scapule eius, quia dominus precepta et litteram legis dedit populo synagoge. Uter gentis mala ut Ps. lxxvii° Statuit aquas quasi in utre, quia nec ad affectum perducunt dominum numquam in malicia includit in sua cogitatione. Uter corpus hoc mortale ut Ps. cxviii° Factus sum sicut uter in pruina, i. corpus meum subditum est corruptioni. Utres corda spiritualium ut Matt. ix° d. Vinum novum in utres novos mittunt quia gratiam dei corda bonorum percipiunt.

renouata accipimus Utres noui
tes sunt noue vii Mt. ix° d. Neque mit
tunt vinum nouum in utres veteres
quia dominus gratie sue dulcedinem peccati
consuetudine inueteratis non infundit
Uua est delectatio
Uva acerba vii Jer. xxxi c. Omnis
homo qui comederit uvam acerbam ob
stupescent dentes eius quia quando
mundi delectationem qui fructus est tem
poralis [illegible] fructus spiritualis in consumptionem
eius gustando obstupescunt Uva
opus proximi Deut. xxxii d. Uva eorum
uva fellis i. opus eorum opus ama
ritudinis Uva feruor est delectationis
vii Mt. vii c. Numquid colligunt
de spinis uvas quia de peccatis non
possumus percipere feruorem neque dilectionem
Uxor est ecclesia
Uxor vii Apoc. xxi° d. Ostendam tibi uxo
rem agni i. ecclesiam sponsam Christi
Uxor sapiens uirtutis vii Prov. [illegible]
Uxor tua sicut vitis habundans quia
sapientia secundo mulier que timorem
ditat Uxor est bonum vii Eccle
siastici xxvi° c. Uxorem ducere virginem i.
custodire alterius eam in bona puga
[illegible] complacebit Uxor actiua bo
na vii Exo. xxi° a. Diligo uxorem
et liberos non egrediar liber i. volo
bone iustitie actioni volo adherere et
libertatem contemplationis capere Uxor
voluntas bona vii Gen. vi° f. Ingre
dere in archam tu et uxor i. intra
in quiete mentis tue cum bona
voluntate deuota tua Uxor vo
luptatis carnis vii Luc. xiiii d. Uxorem
duxi et ideo non possum venire
i. carnali voluptate delectatus sum
ideo non possum ad regnum dei festinare
Uestimenta bonorum sunt in[illegible]
Uestimenta ieiunia orationes ele
mosine et alia pietatis opera

Et ista sunt vestimenta Christi vii Ps.
xliiii. Mirra et gutta et cassia
a vestimentis tuis ab istis enim
vestimentis flant gutta lacrimarum compunc
tionis Gutta enim est species aroma
tica que guttas stillat flant cas
sia i. pudor confessionis Cassia enim
herba folia purpurea et signat pudo
rem confessionis flant mirra i.
labor satisfactionis ubi est multiplex
amaritudo et contritio et dolor pro peccatis
Sequitur registrum de .X.
Cristus Christus
Christus fremuit et lacrimatus
est et clamauit in suscitatione
Lazari ut patet Joh. xi° c. Quia dif
ficile surgit quem moles male
consuetudinis premit sed tamen per magnam
vocem i. per magnam gratiam dei vivi
ficatur dum visitetur fremere enim per
contritionem cordis lacrimari per confessionem
oris clamare per satisfactionem operis
Quando enim peccator compungitur sepultus
iacet quando penitet resurgit Christus
ideo paruulus nasci ut patet Isa. ix°
b. ut nos magnificaret ideo in di
uersorio positus fuit ut patet Luc. ii°
a. ut faceret nos esse hospites
et peregrinos considerare super terram ideo
in presepio reclinatur ut patet ibidem ut
nouissimum locum eius esse eligere
deberemus ideo lacte pascitur et pan
nis inuoluitur ut patet ibidem ut alimen
tis et vestibus quibus egemus contenti
simus Pauper et pannosus esse
voluit vii Mt. viii° d. Filius hominis
non habet ubi caput suum reclinet ut
pauperes et pannosos reciperet in
receptione glorie sue et regni sui Christus
factus est in virginem et in vesti
tiarium et in pignus cum conducitur
ut patet Luc. ii°. Nomen eius dicatur et

fere in omnibus apparebat ipse
humilitatem nos sublimitatem, ipse
inopiam nos vanam gloriam. Scribitur
enim ei facere voluntatem patris sui. Et
nos in quantum de propria facere cupimus
nre. Ipse pomma erat patri obedi
ens. Nos vero maiori iure inobedi
entes. Unde quidam dicit qui vinculum
voti sui qui regulam claustri et
huiusmodi rumpit ne maiori suo in
aliquo contradicit. i. suo obediat. Unde
Rom. xiii° a. Qui autem resistunt
ipsi sibi dampnationem acquirunt. P
rimus est homo nascendo, bos sive vitulus
agnus moriendo, leo resurgendo,
aquila ascendendo. Mattheus prosequitur
autem per hominem quia eius intentio euan
gelii circa Christi humanitatem. Unde
et ab eius temporali generatione euan
gelista assumit initium generationis.
Lucas pingitur in vitulo quia circa
narrationem passionis suae intendit.
Vitulus enim hostia sacerdotalis
erat. Marcus leoni assimilatur, qui
circa resurrectionem suam versatur. Unde
in die resurrectionis eius evangelium
recitatur. In ea Iohannes aquila
designatur, quia de divina generatione
tractat, qui tuba intonat prophetiae
theologiae intonat. Ceteri quidem di
cuntur cum Christo in terra, ipse tamen
aquila omnibus avibus altius vo
lat. Haec quattuor per quattuor animalia
notantur. Ergo Iohannes avis, vitu
lus Lucas, leo Marcus, est homo
Mattheus. Quattuor ista dicuntur. Est
homo nascendo, vitulus mortem pati
endo, avis alis summa petendo.
Primus est dominus? vnde Prov. ?
Convenerunt in unum adversus dominum
et adversus Christum eius, quia Hero
des, Pylatus et Iudaei cum principibus

sunt quia spiravit eum, deum patrem et
filium et spiritum sanctum.
Christos viri sancti, unde Ps. Ciiii
Nolite tangere Christos meos, i. no
lite perturbare viros sanctos.

Ydros — Ydropicus

Ydriae — Ysopus

Ydros sunt doctores, unde Iob
xxi° b. Quomodo fiat arcturum
et orionas et yades contra
domum sanctam contra instabilitatem et in
ea martires statuit et sanctos do
ctores etc.

Ydriae sunt corda fidelium, unde
Iohannes ii° b. Implete ydrias
aqua, i. per vos infundere debent predica
tores cordibus fidelium timorem domini.

Ydria scriptura, unde Gen. xxiiii° c.
Deposuit ydriam super suam super sca
pulam suam, quia vocata tota ad
se ... de gentibus scripturam suam de
qua prius sublimiter gloriabantur ad
spiritualem humilitatis utilitatem inclinat.

Ydropicus est quilibet avarus, unde
Luc. xiiii° a. Et ecce homo
ydropicus, quia avarus quo modo
magis habet eo et magis habere cupit.
Sic ydropicus quo amplius bibit
eo plus sitit.

Ysopus est humanitas Christi, unde iii
Reg. iiii° b. A cedro quae est in
Libano usque ad ysopum quae egreditur
de pariete, i. a divinitate quae habet
a patre usque ad humanitatem quam processit
de virgine. Ysopus baptismus,
unde Num. xix° b. Ligamen con... unum
vinculum quia et ysopum, i. fidem et mar
tirium atque baptismum. Ysopus humi
litas, unde Ps. l. Asperges me domine
ysopo et mundabor, i. humilitas me
et sic mundabor.

Zelus. Zyzania. Zona

Zelus est spiritus favor vnde psalmo
lxviii° zelus domus tue co-
medit me .i. spiritualis favor quem habui
sit me. Zelus invidia vnde j cor.
iii° a. Cum sit inter vos zelus et con-
tencio .i. invidia et lis

Zyzania sunt herbe vnde Mt. xiii°
d. Colligite primum zizania et
alligate ea fasciculis ad comburendum
quia angeli sed aggravabit herbos
et in fine eos ponent pena quibus
sunt in fine culpa

Zona est vinculum caritatis vnde
Apoc. i° precinctus ad mamil-
las zona aurea .i. ornatus actibus
suis caritate spontanea. Zona
disciplina mentis vnde ex laterali pro ja
cingetur zona linea .i. roborabitur
spirituali disciplina. Zona morti-
ficacio carnis vnde iiii Re. i° c. Zona
pellicea accinctus renibus .i. carnis
mortificacione in membris roboratus

Explicit dictionarius Anno
Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto

Et finito libro sit laus et gloria Jhesu Christo

Per manus cuiusdam Jacobi de Lipowa
glowa tunc notarius venerabilis magistri Spigr.

[illegible]
[illegible]

Incipit ars predicandi componendi collacionandi atque sermocinandi secundum multiplicem modum dictandi

Dividitur iste tractatus in
duas partes principales
scilicet in prologum et tractatum.
Circa prologum est notandum
quod ars predicandi tres habet
consideraciones principales.
Prima consideracio est circa intro-
ductionem. Secunda est circa divisionem.
Et tercia est circa distinctionem. Introductio
sic describitur. Introductio est quedam processio
sive preambulum ordinatum debite in forma
et modo convenienti formali vel persuasive
sive congruenter inferens thema passive
ad divinum verbum pronunciandum. Et huius
diffinicionis particule patebunt suo
loco. Distinctio sic describitur. Distinctio
est sumptio membrorum equivoce vel uni-
voce sub uno vocabulo contentorum
quorum quodlibet fundamentum habet in sacra
scriptura vel autentica. Huius descri-
pcionis partes patebunt suo loco. Et hoc est
tantum de prologo. **Sequitur primum ca-
pitulum quod dicitur de introductione
sermonis.**

Circa introductionem ista sunt conside-
randa. Primo quid sit thema. 2o
de condicionibus thematis. Tercio
de speciebus eius et modis introdu-
cendi. Circa primum est sciendum quod thema
sic describitur. Thema sermonis seu colla-
cionis est oracio sumpta de sacra scriptura
fundamentalis ad erudicionem populi sive [margin: vel equivalens]
laudem dei et virtutum viciorumque
repressione applicabilis vel ad lau-
dem alicuius persone sive actus sive
facti. Et hoc intendit dicere Katholicon
qui diffinit thema dicens. Thema
est materia dictatorum id est initiale
fundamentum dictatoris. Et dictator sumitur
hic pro oratore. **Sequitur de condicio-
nibus thematis.**

De thematis descripcione premissa supra et de eius condi-
cionibus est videndum. Est ergo
prima condicio quod thema debet
esse completum. Et hoc patet per hoc quod
in sua descripcione dicitur quod est oracio
vel equivalens oracioni ut unum pronomen
persone vel facti vel sicut una vox
et similia. Et ideo quia thema habet
dividi et si non completum dividi
non potest. Secunda condicio est quod debet
esse de textu biblie. Et hoc patet per illud
quod ponitur in descripcione cum dicitur
de sacra scriptura. Quia biblia vel textus
biblie dicitur anthonomatice id est per
excellenciam sacre scripture. Tercia condicio
quod debet esse unum primum verbum initiativum totius
sermonis quod patet in illa particula que
dicit fundamentalis. Quarta condicio
est quod sit iuxta materiam tractandam et hoc patet
per illam particulam que dicit ad erudicionem
populi. Quinta condicio est quod sit fructuosum
et ex omnibus terminis completum et verbo indi-
cativo. Et hoc patet per reliquum descripcionis
in hoc quia debet ad multa applicari et
hoc de secundo premisso. **De notabilibus
quibus utendum est et tota ista
arte.**

Primum notabile est quod omnes auctoritates
sumpta de sacra scriptura in omne
probacionis in sensu verbo utendum.
Dicitur: Beati pacifici quoniam filii dei
vocabuntur. Et idem quasi dicit omnes pa-
cifici dicuntur verbo omnes pacifici dicuntur
filii dei. Secundum notabile quod auctoritas
sumpta concorditer ad thema est in tri-
plici differencia. Nam quedam dicuntur vocaliter
concordes tantum. Quedam vocaliter concordes tantum
quedam vocaliter et realiter concordes simul.
Vocaliter concordes tantum sunt que non consonant
in vocabula principalia que adducuntur secundum unam significacionem
ut vincere et triumphare et omnia
synonima sunt huiusmodi. Vocaliter
concordes sunt que in voce consonant sed
in significacione non ut fecit deus hominem
ad ymaginem et cetera. Et ista secundum
hominem pertransibit ymago. Hic est magna
consonancia vocabulorum et maior disso-
nancia in significacione. Et breviter hoc
accidit inter omnia vocabula constituencia
aliquam distinctionem. Realiter et vocaliter
concordes in simul sunt que habent consonanciam
consimilem in voce et in significacione
seu simul ut dedit eis potestatem super omnia
demonia. Et dedit potestatem ut vexatos
demonibus liberarent. Et talia reperi-
untur in sacra scriptura et cetera.

Rubrica de modo modorum et specierum introducendi.

Circa modos introducendi est notandum
quod decem sunt modi principales
introducendi seu introductionis scilicet
per simile per quam fit introductio

per exemplum / per originale / per auctoritatem
philosophi / per divisionem / per distinctionem / per
glosam et per figuram etc.

Capitulum de introductione per silogismum

Introductio autem per sylogismum
est sic sit iuxta principalem terminum thematis
scilicet habeantur tres auctoritates sacre scri-
pture in quibus simul praedicatum
principale dicatur de aliquo subiecto propter varias
causas / Et iuxta suas istas trium
auctoritatum formentur tres rithmi con-
cordes in forma subiecti simul / Et totum
thema concordiaturis et in rithmis ad prece-
dentia sumatur pro praedicato vel principa-
palior pars thematis apte praedicati et
totum illud praedicatum cum toto simul con-
dinatum est una propositio maior / Probatio
autem illius maioris debet sic fieri ratione
quia sunt tres partes apte subiecti quelibet
illarum sumpta cum themate vel
cum principaliori parte thematis debet
probari per auctoritatem sacre scripture
unde habuit radicem et ortum / Ex
quibus sequitur quod licet maior sit una
propositio de copulato subiecto tamen in sua pro-
batione probatur ad modum copulative
composite ex tribus propositionibus integris
Secundo sumendo maiori propositionem prima
est quod maior propositio debet probari sententie
auctoritate originali vel originalibus et
solum quodlibet membrum debet probari per unam
auctoritatem sacre scripture / Secunda
regula est quod si regula forte thema
non potest duci ad concordiam rithmice
cum baculis potius apte subiecti fiat sibi
quidam rithmus conveniens cum quo consonat
concordet et hec de maiori

Minor autem sic ordinatur / sumatur subiectum
illud de quo praedicatur vis et omne illud
quod ponebatur apte subiecto in maiori
ponatur apte praedicati in minori mediante
convenientia sub eisdem verbis vel equi-
valentibus [illegible] et [illegible]
quelibet pars debet probari per se auctoritatibus
convenientibus adiuncta / Regula minoris
propositionis In minori propositione sermo vel collatio
potest dilatari eo quod sub quolibet membro potest
aptari distinctio vel applicari originale
et similiter originalia et partes hystorie
sacre si fuerit sermo de eodem vel non dilatatio
potest dilatari quod sola introductio sufficit

pro sermone ut tempore sit moderna

Modus concludendi est quod resumatur
in simul maior et minor quasi fiat
argumentum et tunc inferatur thema
pro conclusione Exemplum omnium dictorum
datur sicut in practica: Sumatur istud the-
ma ad honorem virginis pro sua as-
sumpcione Imponite eius coronam Ecclesiastici
xij / Si bene inspiciatur istud thema reperitur
quod in eodem sonant omnes sermones
ad dicte in themate sonantes cum ap-
plicationem lectori commendo / Ut autem istud
thema introducatur per sylogismum iuxta regulam
superius datam reperiuntur tres auctoritates
in sacra scriptura in quibus est istud
vocabulum corona quod est principalior
pars thematis apte praedicati que auctori-
tates denotant varias causas propter quas
aliquid dicitur coronari / Una denotat
sapienciam pro causa / Alia denotat multi-
plicationem generationis pro causa / Alia denotat
diligentiam vigilantiam super subditos
pro causa / Et he auctoritates ponuntur expres-
se in suo loco / Iuxta quarum auctoritatum
sumam formam una maior propositio isto mo-
do ut totum thema faciliter concludatur Sic the-
ma maior propositio componatur

Que super ea imminet est compta sapientia
Que late copiose germine est fulta habundancia
Que sic gratiose agmine est vigil diligentia
[illegible] tantum — corona ornatur in culmine capitis decora vel affluentia

Sicut vides maiorem propositionem formatam apte
cum subiecto sunt tres regule correspondentes
in summa tribus auctoritatibus dicendis et apte
praedicanti ponatur thema concordat cum
rithmis ad tres baculos / ubi hic si-
no potest fiat sicut dictum est alias fiat
rithmus unus seorsum cum quo thema
concordat sicut superius dictum est

Iuste in capite eius adornare probabis
pulchra corona et ornatur autem sic

Dici primo quod persona que super ea
imminens est compta sapientia
Corona ornatur in culmine capitis
affluentia

Hoc probatur per sapientem proverbiorum iiij
dicentem posside sapientiam et in omni pos-
sessione tua acquire prudentiam / Arri-
pe illam et exaltabit te et glorificaberis
ab ea cum eam fueris amplexatus dabit

vel adquire

capiti tuo augmenta graciarum et corona inclita proteget te et hec de prima parte maioris etc.

Dixi 2o in eadem maiori quod tabula que sata copiose germine est fulta habundancia.

Corona ornatur in culmine capitis decencia. Hoc probat auctoritate scripture dicentis corona senum filii filiorum patris eorum publicorum; exemplo et hic de 2a parte maioris etc.

Dixi tercio in eadem maiori quod tabula que semper gratioso agmine e vigil diligencia.

Corona ornatur in culmine capitis decencia. Probat auctoritate eiusdem sapientis dicentis diligenter cognosce vultum pecoris tui tuosque greges considera non enim habebis iugiter potestatem set corona tribuetur tibi in generacione et generacionem. Proverbiorum 27. Et hic de tercia parte maioris et primo quia de tota maiore quam breuitatis causa non resumo. Hic si bene aduertas videbis quomodo iste tres auctoritates ad probacionem maioris inducte ad duo tibi seruiunt. Primo adminiseruit tibi singulariter quia formas tibi baculos et pomos. 2o probat tibi quantum partem maioris ut satis patet in exemplari. Item hic videbis quomodo sucincte et breuiter probatur maior per se absque prolixitate auctoritatum iuxta regulam superius datam. Et hic de exemplari maioris cum tota doctrina etc.

Sequitur nunc de exemplari minoris. Primo notandum est quod ideo dilatacio sermonis debet fieri in minori quia ibi communiter intencio predicantis per applicacionem materie ad sermonem de quo fit sermo. Secundo notandum quod sub maiori proposita potest ordinari duplex minor. Primo applicando baculos ipsi virgini predictos sic dicendo. Si volumus conspicere virginem et gloriosam vitam virginis matris reperiemus quod ipsa virgo.

In primo infusa innumere fuit tamquam sapientia lata et copiose germine fuit fulta habundancia super gratioso agmine fuit vigil diligencia etc.

Vel hoc fit ut cuilibet labor. Sed pulcrius fit et artificiosius si eadem minor in verbis equiualentibus et similia forma ponatur ut si dicatur sic. Si diligenter contemplemur serauimus vite virginis usque ad egressum de hoc seculo reperiemus quod

Sapiens prudens radiauit / Per illustrata sapientia
In virginibus habundauit / Vt fundata habundantia
Semper commissa vigilauit / Et affixata diligencia etc.

Et habes duplicem modum formandi minorem unum scilicet communem de modo predicandi et dilatandi minorem.

Dixi primo quod si contemplemur serauimus vite virginis etc. reperiemus quod sapiens prudens radiauit ut perillustrata sapientia ad cuius primam partis minoris probacionem est notandum quod tribus modis efficitur vel cognoscitur quomodo sapiens dicitur quod probatur et primo

primo — Audiendo firma attencione — 1
2o — Custodiendo intima retencione / vel firma vel affectione — 2
3o — Incipiendo superna deuocione — 3

Pro primo occurrit illud quod scribitur Proverbiorum 1o capitulo Audiens sapiens sapiencior erit. Pro secundo occurrit illud quod scribitur Proverbiorum 2o capitulo Si intrauerit cor tuum sapientia et consilium custodiet te. Et infra 18. Cor possidebit sapientiam et auris sapientum querit doctrinam. Pro tercio occurrit illud Ecclesiastici Proverbiorum 20 Qui iusti perierunt sapientiam. Et infra 20 9o Sapiens producit seipsum et homo prudens magis complacebit magistratui. Applicando igitur et exponendo sapientiam virginis gloriose per quelibet istorum predictorum distinctionum satis liquet et clare per quandam fantasiam et speculacionem quod virgo gloriosa. Primo fuit visa sapiens audiendo firma attencione quem speculacionem est ista. Nota quod triplicem stolam in qua virgo demonstratur attente audiuisse.

prima / 2a / 3a — Stola est — Virginalis maturitatis / Paternalis fidelitatis / Spiritualis radicitatis

In prima / In secunda / In tercia — Stola fuit — Prima lectio a tota fratrum puritatis et munditie / Secunda lectio ab utroque parente que fuit sublimis et iusticie / Tercia lectio a sponso que fuit claritatis et notitie

Circa primam stolam que dicitur virginalis maturitatis et primam lectionem que est mundicie et puritatis est speculandum quod in Albo casto matris Anne matris virginis

glose marie dum tota lucebat etiam
virginis karet sunt ista vera totaliter
per mundum misit ad ipsam tanquam desponsa
tam. Audi filia et vide et inclina
aurem tuam psalmo xliiii°. Cum cor sapien
tis intellectu a sapientia et auris bona audiet
cum omni concupiscentia sapientiam Ecclesiastici 3° Nam
in malivolam animam non introibit sapientia
nec habitabit in corpore subdito peccatis Sapientie
1°. Cum igitur nichil sit fatua domina
ut virtutis sapientia in te quasi in habitaculo
congruenti habitatorem habitatorem ideo dicitur
ut tota sit pulcra amica mea et ma
cula nulla non sit in te Canticorum iiii°. Ex
pone ad placitum de macula originali
quoniam lectio sit tibi et doctrina ut dili
gas mundiciam et puritatem Cum qui
diligit cordis per mundiciam propter graciam
labiorum suorum habebit amicum regem
Proverbiorum xxii°. Cum lectionem videt humilis
ego audiam quid in me loquatur dominus
deus psalmo lxxxiiii°. Et sic de lectione puritatis
et mundicie Cum nam scolam eciam virgo
per partum misit ad huius seculi lucem
apparuit inter gentes pulcra docta sapiens
cuius cor et cogitacio virtutum amulacione
splendori pulcritudine adornabat et sic
in habitu ut in propinquo disposicione Dicente
Ambrosio in sermone nativitatis virginis
depromebat virtutes cogitacione et
affectu cordis cum inaudibili armonia
quam ipsa castitate et humilitate eciam dei sa
piencia delectabatur choruscabat foris
in sacris sermonibus et actibus non multo post
hominibus dominum glorificare et exempla
salutis accipere Sed ille intellige origi
nale quia licet cum originali vel sine
originali culpa concepta Ideo quod ponitur
sanctificata in utero credendum est simul
cum gratia sanctificacionis infusas esse ha
bituales virtutes theologales multa alia
bone privilegia singularis ut tam venu
sta quod decora in aspectu hominum appareret
de eius sapientia mirabatur et dicebant
alter ad alterum Non est talis mulier
nata sicut tam in aspectu et pulcritudine
et sapientia et sensu verborum Judith xi°. Et
sic de prima parte consideracionis seu de pa
ciencia visitacionis maternitatis et de prima
lectione que est puritatis et mundicie
Tercia secundam scolam que erat partialis

fecunditatis in qua fuit 2a lectio. Se
sanctitatis et iusticie est speculacionis
proposita virgine insolita educacione
parentum Idem parentes uno corde
concordes promodum unus intro tandem
ducebant lectionem legere. Audi filia
tactus venientis et prouenientia custodet
tibi bona opera Ecclesiastici xxxi°. Audi filia
et bene erit tibi Proverbiorum xxiii°. Con
fusio patris et matris est de filio indi
sciplinato filia autem fatua in deminu
cione fiet filia autem prudens
hereditas viro non sine iamque confundit co
runcha generatorem patrem matremque co
fundit audax et ab ipsis non minus
habens et ab utrisque inhonorabitur Ecclesiastici
xxii°. Virgo filia virgo posside sapientiam
quia quia auro melior est et ad
quire prudenciam quia melior est argento
Proverbiorum xvi°. Sic dicimus quod sapiens
intelligibilis absconderit se apertis
et operibus iusticie successiuis suos ha
bebit Ecclesiastici 3°. Cum ita audita lectione
ego cum spiritu potius quam ore videbis ait
dominus erigit me mane erigit
michi aurem et audiam dominum
et penitens quasi magistrum Et dominus
deus aperuit in aurem et ego vero
disciplinam non contradico Ysaie 2°.
Et sic de lectione sanctitatis et iusticie
et de secunda scola penitentialis fecunditatis
per quam penitentialem scolam beata
virgo ducta in templum tanta fulge
bat sapientia altissimi et dei sciencia
ut multo amicta sole videtur dice
bat in sermone etc. Signum magnum
apparuit in celo per quod intelligitur maria sole
perhibetur amicta quia profundissime
et divine sapientie ultra quam credere
valeat penetrauit abissum et quicquid
sine personali visione unione crea
ture conditio pati luci illi inaccessi
bili videtur immersa et luna sub pe
dibus eius idem defectus corruptionis
vel corrupcio mentis et stulticia
compressa sed ille ut tam formosa et
tam nominata deceat condictis laudari
dicte sapientie adaptatur Collau
dabunt multi sapienciam eius et usque
in seculum non delebitur Ecclesiastici xxxix°
Et sic de 2a scola sine de secunda parte
et consideracione et lectione que erat

sanctitatis et iustitie per quam probatur
virginem audivisse firma attentione

Circa tertiam scolam que erat spiritua-
lis radicitatis et etiam lectionem
que erat claritatis et notitie est specu-
landum

Cum collata data virgine in templo soli
deo vivo dedicata assistit magister spiritus
sanctus ut suam virginem discipulam
plenissime imbueret et informaret
qua excitat et allicit in persona verba
Surge amica mea columba mea for-
mosa mea et veni Cant. 2o et audi verba
et consilia Eccli. xviijo Item si susce-
peris sermones meos et mandata mea
absconderis penes te ut audiat auris
tua sapientiam Et sapientiam doceamus et
inclinandus cor tuum prudentie si que-
sieris eam quasi pecuniam et sicut the-
sauros effoderis illam tunc intelliges
timorem domini et scientiam dei invenies
Gratia dei dico quia deus dei infusam quia deus
preter dat infusam sapientiam et ex ore
eius perpetualem emanat prudentiam
et scientiam prov. 2o Ad que verba virgo
humiliter et devote respondit domine deus noster
quia in toto corde meo exquisivi te et
in corde meo abscondi eloquia tua
ps. 118 cxviijo Ideo mitte sapientiam de sede
magnitudinis tue ut mecum intersit
Sapie 9o Et hec de lectione claritatis
et notitie circa spiritualem scolam
exivit virgo bene spirituali et scientia reple-
ta sponso celesti preparata ad nuptias
ornata sapientie ut talamus dei patris
sapientie virtutibus adornatus decentis-
sime aptaretur quod memorat auctor de
laudibus virginis inquit

Virgo os suum aperuit sapientie prov. ultimo
ubi dico scilicet sapientie tractando scilicet studium
quia sponsa sapientie dictante vel docente
non stultitie nec vanitati aut scurrilitati
suum affectum aperuit sed domine sapientie
et intellectum et spiritum ab intelligentia spiri-
tualiter attinet sufficienter Ad quod
plenissime edocta manet quia non
decebat ut vas celestis sapientie expers
esset a sapientia hec ille

Ideo sibi competit illud sapientis ecclesiastice
de nostra virgine domina Sapientia scilicet dei
patris per spiritum sanctum docuit et sa-
pientie edificatio edificavit sibi do-
mum singulis virtutibus et plenis-
sime scientie edificatam et ornatam
Hec clare et liquide patet qualiter beata
virgo in triplici scola fuit repleta sa-
pientie et prudentie audiendo firma
attentione Et hec de tertia scola scilicet spiritua-
lis radicitatis et de tertia lectione que
est claritatis et notitie

Sequitur iam videre qualiter beata virgo
fuit repleta sapientie et prudentie audi-
ta custodiendo in tria retinendo

Tradita virgo beata sponso cellam
ingreditur quasi magnum studium et effi-
citur secretarium commemorans illud Eccli.
20o homo sapiens usque ad tempus tace-
bit lascivus autem et imprudens non
servabit tempus Ideo omnia sibi reve-
lata in mente conservans et in corde vehe-
menti impressione scribens librum
grandem domino scriptorium sua etiam
construxit dicente Ambrosio super id
verbum Maria autem conservabat etc. Luce 2o
Maria non numquam ore quam corde pudi-
ca secreta que noverat nulli divulga-
bat sed tacito corde scrutabatur quod tunc
tempus quo dubitaret hec divulgari
vellet expectans et exspectare cessat
ab illo Servare angelus veniens li-
brum non vacuum sed omni sapientia lege
et virtutibus gravatum repperiens virginis
etiam inquit Ave gratia plena: plena
dico sapientia quia quanta et qualis
fuit sapientia in ea et scientia quis digne
loquatur quid deo non sapiebat in
qua sapientia dei latebat et in cuius
uteri corpus sibi aptabat christus
ut ait apostolus dei virtus et sapientia
et in eo sunt omnes thesauri sapientie
et scientie absconditi / Christus ergo in maria
igitur dei virtus et sapientia et omnes
thesauri sapientie sunt in maria ut
notat Anselmus in sermone assumptionis
Servare quod iob cognoscens utilitatem
virginis de sua sapientia nobis admira-
trabat dicens utinam deus loqueretur
tecum et aperiret labia sua ut ostenderet
tibi secreta sapientie eo quod multiplex est
lex eius Et virgo humiliter respondit Con-
gratulamini mihi quia operui et dedi
in sensus et disciplinam et veritatem
spiritus sapientie Sapientie vijo Hec
qualiter beata virgo fuit repleta sapientie

et prudentis custodiendo secretas revelationes
intima retinendo etc.

Sequitur nunc videre qualiter beata virgo fuit re
perta sapiens et prudens in proferendo et co
municando suam doctrinam sermone devocione
vel sermone affectione. Dico igitur primo quod
sicut est duplex sapientia scilicet increata sic dupli
cem sapientiam mundo communicavit vel com
municata est in veram salutem humani
generis redundantem

Prima sapientia est dei verbum ex patre geni
tum et sibi omnino coequale et consubstantiale ad
salutem nostre redemptionis destinatum
iuxta illud psalmi. Misit verbum suum et sa
navit eos et eripuit etc. quod verbum appellatur
sapientia iuxta illud omnia in sapientia fecisti
de qua sapientia ad presens tenetur supersedendum

Secunda sapientia nobis communicata fuit vita
et conversatio christi et virginis doctrina
cuius doctrina debiles in fide roborantur
et infideles confunduntur. Fundatores
ecclesie amplius et amplius illuminantur
dicente Ieronimo in tractatu de passione.
Christus et omnia facta per que eius vite
daret antiquitatem de ceterum quod de honorandis
parentibus dictavit servari voluit et matrem
adhuc volens esse ad consolationem apostolorum
fidei erant superstitem ut cunctis que ipsa ab
eo viderat et audierat in corde suo con
ferebat formatus apostolorum docetur et eorum
ecclesia doctrina firmaretur et eo tempore
describendi incarnationis eius adveniret
sufficienter omnia prout essent gesta possit
querentibus explicare hec ille. Et quasi
sapienter loquens de doctrina et sapientia virginis
ait Sapientia laudabit animam suam et in
domino honorabitur et in medio populi sui
gloriabitur et in ecclesiis altissimi aperiet os
suum et in conspectu virtutis illius gloriabi
tur etc. Et sic claret qualiter beata virgo
fuit reperta sapiens et prudens in proferendo
sermone devocione et sermone affectione

Recolligendo igitur supra dicta secundum virginis

cordialem affectionem erga
virginis intimalem retentionem divinam
maternalem intentionem sapientiam

Possumus dicta affirmare convenienter
laudare quod quantum convenientia quam ipsa sapiens prudens
dens radiavit et plus ceteris sapientia
que fuit prima pars minoris probanda
sive secundum beatissimus papam videbitur in ista probanda

bri

penitus membrorum minorum tantum. Primo quo ad ta
lem per quandam distinctionem de sapientia
et prudentia trimembrem unius cuius membri
est sufficienter probatum et per quandam
applicationem subdivisionem de stola tri
plici videlicet triplici virginis et triplici lectione etc.
Secundo videbitur qualiter prima pars vite beate
virginis que assignetur a sua conceptione usque ad
sui nativitatem isti parti minoris applicatur
Tertio videbitur quod nulla auctoritas est que
ex inductione faciat de tota. Primum non est
supra est completum probatum, ubi forsan
maioris predicatur de medio quod est forsan
Quinto et ultimo potest considerari thema prout facta divisione penali exceptis sumitur una particula vel una dictio seu unum nomen et illa particula vel dictio seu nomen dividitur in literas ex quibus componitur quas debent formari vicini ad partem sermocinantis et 2m convenientes proprietates ut in hoc exemplo vidi alterum angelum facta divisione huius thematis eo modo quo supra assumitur vel accipiebatur ex hoc themate hoc nomen angelus quo accepto videndum est ex quibus literis constat seu componitur Constat enim ex septem literis ut experiencia docet ut ex a. n. g. e. l. u. s. 2m quas possunt vicini ad commendacionem huius angeli formari modo sequenti ita

per a	denotatur quod angelus	adheret stabiliter
per n		amat veraciter
per g		gaudet ubique feliciter
per e		elevat animam digne
per l		laudat cetum divinum
per u		veritatem conspiciat
per s		sanctitatem diligit

Ex omnibus istis patet qualiter hoc nomen angelus dividitur per literas et 2m qualitatem formantur vicini sibi aliqualiter correspondentes Item ad clariorem notitiam huius dicti sine huius sermonis modi quo thema dividendum dividitur potest ponere exemplum de hoc nomine petrus et de hoc nomine Johannes sub hac auctoritate Petrus et Johannes ascendebant in templum Actuum 3o

In quibus verbis tria sunt breviter consideranda videlicet

Cognitione limpida que intellectum radiat
Dilectione intima que defectum eradicat
Devocione optima que profectum multiplicat

Primum patet ibi petrus
Secundum patet ibi Johannes
Tercium patet ibi ascendebant in templum

Probato primo membro huius divisionis quod quidem sequitur de arte sermocinandi ad declarationem ampliationem et commendationem nominis petri notandum est quod hoc nomen petrus constat ex quinque literis videlicet p. e. t. r. u. s.

per p denotatur penalitas [illegible] delinquentibus
per e denotatur equalitas exhibenda pro [illegible]
per t denotatur tranquillitas exhibenda indigentibus
per r denotatur rigiditas ostendenda negligentibus
per u denotatur humilitas [illegible] in operibus
per s denotatur sinceritas [illegible] in sermonibus

Item probato 2o membro prefate divisionis ad ampliorem commendationem nominis Johannis notandum est quod Johannes componitur ex septem literis videlicet ex J. o. h. a. n. n. e. s.

per J denotatur quod Johannes sit iustus in operando
per o denotatur quod Johannes sit honestus [illegible]
per h denotatur quod Johannes sit amicus de [illegible]
per n denotatur quod Johannes sit [illegible]
per n denotatur quod Johannes sit [illegible]
per e denotatur quod Johannes sit electus ex [illegible] [illegible]
per s denotatur quod Johannes sit sincerus reverenter

Hic notande sunt due regule. Prima est
quod si non ponitur pro littera aut litteris
vel pluribus alicuius nominis nominati et hec
racione sive imposicionis et per quas non expe-
ditur circa aliquos viciorum [?]. Et ideo hic
tantum nota specificacionis est.

Secunda regula est ista quod consideracione alicuius
nominis per litteras seu litteras debemus dili-
genter aspicere quid per primam litteram potest
notari. Et tunc videndum est si prima littera
potest esse initium nominis alicuius virtutis
excellencie officii vel status laudis glorie
artis facultatis commendacionis seu cuiuscumque
generis bonitatis [?]

Videndum est eciam si prima littera potest esse initium
alicuius nominis vicii peccati defectus erroris
iniquitatis pene culpe vituperii verecundie
vilitatis imperfeccionis et talibus [?]
nomen vicii et imperfeccionis que sunt nomina
contraria. Et sicut dicitur de prima littera sic de qualibet
aliarum conformiter est dicendum

Omnibus visis sermonem sibi debet assume-
re [?] prout necessitas persuadet. Verbi gracia
prima littera istius nominis petrus est p.
Et certum est quod per p iniciantur hec nomina pastor [?]
penalitas pietas potencia puritas
Ex quibus omnibus istis vel ex uno quoque
istorum in arte sermocinandi posset petrus
aliqualiter commendari ut supra est declaratum
evidenter

Viso quibus modis thema debeat considerari
aliquid dividatur [?] videndum est nunc qualiter sunt
consideranda partes thematis dico actualiter
thema dividere volumus. De quo ad presens
sex possunt regule assignari

Prima regula est hec partes thematis possunt
considerari secundum ~~[?]~~ quod verba
sonant. Secunda regula partes thematis
possunt considerari secundum earum exposicionem

Tercia regula partes thematis possunt considerari
secundum earum causam

Quarta regula partes thematis possunt
considerari secundum earum effectum

Quinta regula partes thematis possunt
considerari secundum earum dignitatem

Sexta regula quod partes thematis possunt
considerari secundum earum dignitatem [?]

Dixi primo in prima regula quod partes
thematis possunt considerari secundum quod verba sonant
ut in hoc exemplo hora est iam nos de
sompno surgere ad Romanos xiii secundum quod
verba sonant in predicto themate duo
possunt notari videlicet

Propinquitas temporis in motu successionis
Velocitas hominis in actu commocionis

Primum ibi cum dicitur hora est iam
Secundum ibi nos de sompno surgere

Exemplum [?] est per partem primam non deno-
tatur secundum quod verba sonant nisi quedam
propinquitas in motu successionis temporis
et per partem secundam non denotatur nisi
quedam velocitas in actu commocionis
hominis

Dixi in secunda regula quod partes thematis
possunt considerari secundum earum exposicionem. Sed
quia thema communiter sumitur de sacra
scriptura ideo in ista regula notandum
est quod sacra scriptura quatuor modis
exponitur. Primo exponitur hystorice
hystoria enim est narracio rei geste
ab hystorion quod est videre vel cognoscere
quia apud veteres nemo scribebat hy-
storiam nisi qui interfuisset

Secundo modo exponitur sacra scriptura alle-
gorice. Allegoria dicitur quando per unum factum
indicatur aliud factum secundum quod est cre-
dendum. Isto respectu non differunt a pre-
dicto respectu quod consonant verba. Sed
ideo hic repetitur ut sit perfecta doctrina
quot modis exponatur in sacra scri-
ptura. Et dicitur ab allos [?] quod est alienus et
gore [?] quod est dicere quasi aliud dicere

Tercio modo exponitur sacra scriptura ana-
gogice et iste modus anagogicus dicitur
ab ana quod est sursum et goge quod
est ductio quasi sursum ductio et est
cum per unum factum datur intelligi illud quod
desiderandum est scilicet eterna felicitas beatorum

Quarto exponitur sacra scriptura tropologice
dicitur enim tropologia a tropos quod est conversio
et logos sermo quasi sermo conversivus sive sermo
conversus [?] ad instruccionem animarum et bonorum
operum vel morum et est cum per unum factum
datur intelligi aliud quod faciendum est

Hystoria docet factum. Tropologia faciendum
Allegoria intelligendum et credendum. Ana-
gogia appetendum. Unde hystorice Jerusalem
est nomen civitatis terrene. Allegorice Jerusalem
est typus fidelis anime que pacem habet consciencie [?]
Anagogice typum gerit contemplantis ecclesie [?]
in qua pax est ab omnibus [?] [illegible]
[illegible] Tropologice Jerusalem indicat quod animam
esse debere templum cultui nominis dei [?]
in Jerusalem templum ad dei cultum fuit edifi-
catum. Iuxta quadruplicem modum exponendi

sacram scripturam | sicut auctoritas affirmat
Ierusalem que edificatur ut civitas psalmo 121°
In quibus verbis hystorialiter sumptis duo
sub brevitate considero
lapidum angularium artis compactura
hominum amicorum pacis structura
Primum ibi Ierusalem que edificatur
Secundum ibi ut civitas

Item in eisdem verbis allegorice sumptis
duo sub brevitate considero videlicet
perpetuam tranquillitatem anime racionalis
benignam incorruptibilitatem ecclesie universalis
Primum ibi Ierusalem que edificatur
Secundum ibi ut civitas

Item in eisdem verbis tropologice
seu spiritualiter et moraliter sumptis duo
attendi possunt videlicet
Respirate scripturam in qua deus colitur
pya cum religione
Respirate figuram in qua alitus agitur
recta cum extenuacione
Primum ibi Ierusalem que edificatur
Secundum ibi ut civitas

Item in eisdem verbis anagogice sumptis
duo diligenter considerantibus occurrunt videlicet
Regionis altus et amenus paradisus templa
bus
Tabernaculis sanctis et divinis lucas superstes
bus
Primum ibi Ierusalem que edificatur
Secundum ibi ut civitas

Dixi in tercia regula quod partes thematis
possunt considerari per quatuor causam
Et quia causarum rerum naturalium sunt quatuor
scilicet causa materialis formalis efficiens
et finalis Ideo per quamlibet causam partes
thematis possunt considerari ut in hoc exemplo
homo cum in honore esset non intellexit
psalmo In quibus verbis considerata causa
materiali ipsius hominis tria sub brevitate
considero videlicet

Condicionis vilitatem | de limo creatur
Dotacionis dignitatem | dona de alto ponitur
Cognicionis tarditatem | de celo pellitur

Primum ibi homo
Secundum ibi cum in honore esset
Tercium ibi non intellexit

Item in eisdem verbis considerata causa formali
ipsius hominis tria sunt sub
brevitate consideranda
Mediam perfeccionem | existencie
Optimam donacionem | sive innocencie
Vanam cogitacionem | ignorancie

Primum ibi homo
Secundum ibi cum in honore esset
Tercium ibi non intellexit

Est enim homo secundum perfeccionem anime
racionalis in quadam medietate posita
supra se habens deum et angelum infra
se autem que creata sunt certa ista
sunt ut Augustinus libro de gratia novi
testamenti capitulo 20

Item in eisdem verbis considerata causa
efficiente ipsius hominis tria possunt
considerari sub brevitate videlicet
Effectus nove pietatis | producens de loco
Profectus magne dignitatis | et | prefectus sublimatur
Defectus enorme caritatis | delinquens castigatur

Primum ibi homo
Secundum ibi cum in honore esset
Tercium ibi non intellexit

Item in presentibus verbis considerata causa
finali ipsius hominis tria possunt notari scilicet
Perfecta claritas speculi celestialis
que est nostra premiacio
Electa nobilitas seculi primordialis
que est nostra sublimacio
Infecta obscuritas oculi racionalis que
est nature demacio
Primum ibi homo
Secundum ibi cum in honore esset
Tercium ibi non intellexit

Nam homo sit creatus ad istum finem ut sequatur perfectam eternitatem et visionem dei que est vita perpetua et hec de tertia regula

Dixi in quarta regula quod partes thematis possunt considerari secundum earum effectus. Sed quia effectus potest esse duplex scilicet bonus et malus ideo de eis dicam de utroque sub hac auctoritate que habetur Math. vi. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes exterminant enim facies suas. In quibus verbis duo diligenter considerari debemus. scilicet perfectorum abstinentia

perfectorum abstinentia } multiplex { fructuosa
malignorum fraudulentia } multiplex { viciosa

primum ibi Cum ieiunatis etc.

Secundum ibi exterminant etc.

In prima enim dictione ieiunium consideratur secundum suum effectum et quia effectus ieiunii est multiplex pro tanto dicitur in plurali. Propter quod perfectorum notatur abstinentia multiplex fructuosa. Nam per corporale ieiunium deus vicia comprimit virtutes largitur et premia. Ecce multiplex effectus et est fructus.

Item quia multos viciosos ypocrite perdunt pro tanto dicitur quod in secunda parte verborum positorum notatur malignorum fraudulentia multiplex viciosa. Nam ypocrita deum offendit proximum decipit et seipsum finaliter ledit. Patet ergo quod partes predicte thematis considerantur secundum eorum effectum quod erat probandum

Dixi in quinta regula quod partes thematis possunt considerari secundum earum dignitatem. Et tunc notandum est quod per dignitatem intelligere virtutem excellentiam essentiam statum honorem dignitatem laudem gloriam auctoritatem facultatem commendationem et quodcumque aliud verbum bonitatis huius ut in hoc exemplo Exijt edictum a cesare augusto ut describeretur universus orbis Luce 2o capitulo. In quibus verbis secundum earum dignitatem acceptam tria notantur videlicet

primum ibi Exijt edictum. Secundum ibi a cesare augusto. Tertium ibi ut describeretur universus orbis. Et dicitur ibi per aliud ordinare et ad significandum omne sue

Transcendentem potentiam } imperandi
Excellentem maiestatem } perfectus { ordinandi
prudentem voluntatem } numerandi

potestatem admirandam } imperandi
maiestatem venerandam } perfectus { temperandi
bonitatem commendandam } numerandi

Clarum est igitur quod partes thematis in hac dictione considerantur secundum earum dignitatem ut dicebatur

Dixi autem in sexta regula et ultima quod partes thematis possunt considerari secundum earum indignitatem. Et tunc notandum est quod per indignitatem intelligere peccatum defectum enormitatem culpam penam vituperium verecundiam ignobilitatem vilitatem imperfectionem et defectus omnium viciorum seu imperfectionis habitibus ut in hoc exemplo proiectus est ille draco ille serpens magnus antiquus qui vocatur sathanas qui seducit universum orbem Apoca. 12.

In quibus verbis secundum earum dignitatem accepta tria diligenter considerari convenit videlicet

Terribilis precipitatio que dicitur ex superbia
Horribilis denotatio que formatur ex malicia
Odibilis exitatio que fundatur in astucia

primum ibi proiectus est.

Secundum ibi draco ille serpens antiquus qui vocatur sathanas

Tertium ibi qui seducit universum orbem.

Patet ergo quod sententia sit de regulis predictis. Quibus iam visis et cetera que huic capitulo finaliter est notandum quod divisio non debet esse ad minus bimembris. Bimembris vero est pulcrior. Trimembris est pulcerrima. Multiplicacio vero nimia in membris divisionis non est aliquo modo procedendum quamvis in sermonibus ad maiorem membrorum numerum ut in sermonibus prout sit frequentissime reperitur.

Item notandum quod partes thematis nunquam debent formaliter divisionem intrare seu in vicinis collocari formaliter sed concreto inveniuntur in abstracto. Verbi gratia non bene dividitur ista auctoritas Homo cum in honore esset non intellexit sic dividendo sed in istis verbis tria breviter considero. Nam primo considero hominem et eius humanitatem secundo considero honorem et eius sublimitatem tertio considero intellectum et eius absconditatem

Primum ibi cum dicitur homo
Secundum ibi ad dr ad honore esset
Tercium ibi ad dr Ro intellexit
Prima ptes thematis ingrediunt foraz
rumore tam ?cto qm d abstracto
Nam homo e concretum humanitatis ab
stractum ut pz in logyca ocham
Sed circa semper ptes thematis co
sidande sunt zm aliqua istarum re
gularum supius positarum et reperiri
debet vocabula ?decencia scdm qd
in multis exemplis iam extitit
declaratum Est enim aduertendum qd quo
concretum et abstractum sunt noia gsle
puam hicia zm vocem sz nō gsiliter
terminant sicut pz in istis nominibus
Iustus iusticia fortis fortitudo anim
alitas homo humanitas et consimilibus
que a simili hnd uel sillaba incipiunt
sz non terminant in consimilez Et semp
uel frequenter abstractum het plures sillabas
qm concretum ut pz in exemplis pdictis et
frequenter concretum e ad iconmd et abstractum
est scdm ut dicit venerabilis ocham
in sua logica tali vº pte prima

Sequitur secunda pars huius tractatus que versatur circa diuisionis subdiuisionem

Hic est aduertendum qd subdiuisio
pt d infinitum multiplicari
sed non est expediens quod longius
subdiuisionem processus est dotilis et in
anis et de omnibus modis rescitari
primum zci nota est aduertendum qd sub
diuisio pt quatuor modis formari
Primo zm illud qd in tota uno me
bro seu termino diuisionis alicuius the
matis gtinetur ut in hoc exemplo pe
trus et Iohannes ascendebant ubi
supra In quibus verbis ut dicebatur
sub breuitate considero saluatoris
Cognitionem limpidam qr intellectus radiat
Sublicationem [illegible] que desictum erudiat
Deuotionem optimam que pfectum multiplicat
Primum ibi cum dr petrus idz cognoscens
Secundum ibi ubi dr Iohannes in quo e gra
Tercium cum dr ascendebant in templum
Modo si volo subdiuidere primum membrum
huius diuisionis et idem possum dicere d alijs

membris et alijs ~~membris~~ terminis pre
dicionis qz pnt multiplr subdiuidi ri
qz est esset sermo nimis longus et ppt
pluritatem materie et io ut pluimum
sufficit subdiuisio et processus unius
membri tm huius diuisionis et io zm
illud qd in toto membro seu termino pº
gtinetur sic dicam Reperio qd cognitio
limpida

Radiat:
- intellectum gramaticorum
- intellectum dyalecticorum
- intellectum rethoricorum
- intellectum philozophorum
- intellectum astrologorum
- intellectum theologorum

Item quia petrus fuit theologus de
eodem membro [illegible] aliam formam sub
diuisionis [illegible] Reperio qd cognitio limpida
petri intellectum quadrupliciter radiauit

primo / secundo / tercio / quarto — docuit:
- Xpi diuinitatem
- Xpi humanitatem
- officia celestia
- ministeria ecclesiarum
- [illegible]

Secundo pt formari subdiuisio scdm illud
qd in pte unius membri seu termini di
uisionis alicuius thematis co
tinetur ut in exemplo supius posito
Capiam igitur ultimam ptem termini s
istam Intellectus radiat et scdm modum
pretactum modum Reperio qd intellectus
humanus siue hominis quadrupliciter radiatur

primo / secundo / tercio / quarto — radiatur:
- ex reuelatione domini
- ex illustratione angeli
- ex documento hominis
- ex experimento temporum

Et sic est tantum una particula illius me
bri ut manifeste apparet
Tercio mo pt formari subdiuisio scdm
illud quod gtinetur in tota linea omnium membri
alicuius thematis in partes diuisum
ut in hoc exemplo Petrus in porta domus
dni et pdica ibi Ieremie vº talem
Ecce via conpete possunt multis aplis do
ctori ac cuilibet pdicatori In quibus verbis
tria pordinem ?pd'ra videntur videlicet

Primo propter virtutis firmitatem robur
Secundo ob loci aequitatem communiorem studentis
Tercio propter actus necessitatem utiliorem

Primum ibi Ista
Secundum ibi de porta domus domini
Tercium ibi et predicabis ibi

Ista sit divisio huius thematis et ut melius de subdivisione tractare possimus unde quantum ad primum membrum accipienda est illa pars scilicet Ista et subdividenda propter hunc modum quemlibet apostolum doctorem ut predicator stare debet videlicet

In prelio temptacionis
In oratorio devotionis
In tempore disputationis
In verbo erudicionis

Item ad clariorem noticiam huius rei secunda pars litere thematis est subdividenda que est hec In porta domus domini dicam ergo sit porta domus domini

est porta
- dignissima — nobilitatis presidentis
- altissima — sine — aspiritatis ascendentis
- strictissima — malignitatis prohibentis

presidens est deus
ascendens est homo
prohibens est dyabolus

Item subdividi potest tercia pars litere thematis que sunt ibi predica ibi propter hunc modum apostolum quilibet ac etiam doctor in ecclesia dei

predicavit
- veraciter — quantum — verbum
- dotaliter — — sensum
- efficaciter — ad — modum
- exemplariter — — effectum

Quarto et ultimo modo potest formari subdivisio secundum illud quod continetur in parte litere unius membri alicuius thematis in partes divisum ita quod sub hoc quarto modo accipienda est litera et non virtus litere correspondens ut in hoc exemplo Lucae vicesimo (?) nolite fieri tristes sicut ypocrite In quibus ubi divisio eo modo quo supra circa primam partem litere formabo subdivisionem Beatus et fidelis

Epistola in hoc sacro et devoto tempore tribus modis ieiunare tenemur

primo ad abstinenciam — voracitate
secundo ad innocenciam — exclusa — duplicitate
tercio ad diligentiam — stupiditate

Patet ergo quod de subdivisionibus est dictum sufficienter tamen pro regula notare debetis quod in subdivisionibus imitari potest tam in termino quantum ad nomina et modus in modo ac eadem tempora et in tempore quantum ad verba Exemplum primi dicam cum in divisione illius thematis Petrus et Johannes ascendebat in templum quod considerabam cognicionem limpidam que intellectum radiat et etiam est quod cognitione est actus casus In subdivisione vero dixi Petrus quod cognicio limpida radiat intellectum gravatum et eo modo cognicio est nomen tamen Exemplum secundi ut in isto themate patet Evangelium ieiunatis hic ieiunatis est modi indicativi Et in subdivisione dixi quod quilibet fidelis Christianus tenetur ieiunare ubi videtur quod hic ieiunare est modi infinitivi Exemplum tercii in isto themate Ista de porta domus et et predica ibi hic predica est presentis temporis Et in subdivisione dixi predicavit quod est preteriti temporis perfecti patet ergo quod tenendum sit de toto presenti capitulo seu de secunda particula tractatus

Sequitur tercia pars huius tractatus que versatur circa particularem probationem

Probationis rei noticia est secundum quod partes sermonis sive ante introductionem thematis sive post possunt quinque modis probari primo per auctoritatem secundo per figuram tercio per rationem quarto per exemplum quinto et ultimo per hystoriam

Dico ergo primo quod partes thematis probari possunt per auctoritatem unam vel plures tamen quod videtur esse expediens Et nota ante clausulam probatio fiat cum thematis introductionem in secunda parte huius tractatus Sed introductione et divisio thematis antequam procedatur ulterius ad probationem primi membri seu prime partis inveniri debet una auctoritas similis prime particule thematis et eodem incipiens si fieri possit ut dicit glosa

Cepit lauare pedes discipulorum et
extergere lintheo quo erat precinctus
In quibus verbis iam laudabiliter introdu
citur Saluator noster dominus ihesus christus ho
dierno die

Puritate peruia tersus mundat scelus viciorum
Pietate inscrutabilis purgat vestes amorum
Sanctitate decorata ornat mentes viatorum

Primum patet ibi cum dicitur cepit lauare
Secundum patet ibi cum sequitur pedes discipulorum
Tercium patet ibi cum concluditur et extergere linteo etc.

Patet ergo cum in themate sibi proposito christus salua
tor noster dominus ihesus christus hodierna die puritate
perornatus mundat scelus viciorum cum dicitur cepit
lauare procuratur concordancia attendat illud
quod scribitur hodie Iohannis xiii⁰ Misit aquam in peluim et cepit la
uare pedes etc. Et ista auctoritas similiter
primam particulam thematis que dicit cepit
lauare inducta vero est auctoritate ad probacionem
prime partis seu primi membri superposito
possumus Dequa quidem locione pulcherrime
loquitur beatus Augustinus in sermone hodierno
et dicit Ante diem festum pasce sciens
ihesus quia venit eius hora ut transeat ex
hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos
qui erant in mundo in finem dilexit eos dis
cessurus enim ad assalis eo temporibus qui re
manebant cum mundo ne turbarentur admo
nitionem ut eam prouidentur donec specialiter
ostendit eis signum amoris ne eum pietate imo
rum relinquerent Primo enim dotauit eos ad
concordiam ut certa que est fidelium summa
victoria per quam dyabolus debellatur quibus
dotatis surrexit a cena et deposuit vestimenta
sua Et cum accepisset linteum precinxit se deinde
misit aquam in peluim dicitur et cepit la
uare pedes discipulorum et extergere linteo
quo erat precinctus Quam humilitatem cum petrus
vidisset exclamauit contra illa apostolorum
multitudine dicens Domine tu mihi lauas pedes
absit domine non fiat illud quia tu magister
et ego discipulus michi ego malus et tu
bonus nunquam tu pro auctore creatore michi
tu diues et ego pauper michi tu
dominus et ego seruus nunquam tu sapiens et ego
grossissimus vnus Rex quidem tu dauid filius
et ego iohannis vicinum piscatoris filius

Cur ergo domine tu vis lauare michi pedes
tu deus et ego homo tu creator et ego
vilis creatura tu pedes super thronos an
gelorum et ego miser constitutus sum
in terra Tu ergo lauas mihi pedes tu palmo
celum et terram concludis et ego sine te
tantum remigare ignoro Ergo tu ergo mihi
lauas pedes absit domine non lauabis
michi pedes in eternum Et dominus talem
deus ante piscatore semper genibus
flexis serena et iocunda facie in quam
desiderant angeli prospicere ait petro
Quod ego facio tu nescis modo scies
autem postea Iam tunc petro et ceteris
apostolis notum fuit cum eis dixit Si ego
dominus et magister laui pedes vestros et vos
debetis alterutrum lauare pedes exemplum
enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci ita
et vos faciatis hec Augustinus

Huius misticalis domini pedum locionis
qua emundat scelus procul dubio viciorum
figura precessit in veteri testamento Exodi xxx⁰
vbi dicitur locutus est dominus moysi dicens facias
et labrum eneum cum basi sua Quod labrum lauatorium
in quo missa aqua lauabunt sacer
dotes manus suas et pedes accepturi
vestes sanctitatis Et vnde per moysen cum
loquitur est deus possumus intelligere
christum qui commendato patris hodierna die
sacrum lauacrum celebrare disposuit in quo
missa aqua primum sacerdotes legis ewangelice
videlicet sancti apostoli manus operacione et pedes
affectionum lauaret Hoc enim quod deus fecit
verba non persuadere videtur Iam dignum est
ut qui aliis precipit prius ipse faciat quia
preceptum alterius pro immaniae disponat Et ne
non sit ad sanctificari Quamuis vult facere
illud quod precipit primo ipse debet efficere quia
precipe Sed christus vere humilitatis virtute
quam suis precipit discipulis volebat perte
obseruari Ergo prius eandem virtutem voluit
efficere quam precipere quod patet ut superius
dixeram in hac misticali locione Qua
facta mansuetus magister suis discipulis ait
Scitis quid fecerim vobis Si ego dominus
et magister laui pedes vestros et vos debetis
alter alterius lauare pedes Exemplum enim
dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis
ita et vos faciatis Ad hanc humilitatis

virtutem domus in suos invitabat discipulos
quadmodum agit aquila dum super pullos
suos volitat ut suo exemplo volare addi
scant. Sicut enim scribitur in Cantico Moysi
iuxta principium: Sicut aquila provocans
ad volandum pullos suos et super eos
volitans. Verum excellentis huius humi
litatis doctrina qua sordes viciorum ex
piciens docet mundare, non solum discipuli
sunt assequuti verumeciam nonnulli postmodum
fideles qui Christi vestigiis stabiliter adheserunt.
Nam beatus Martinus ut eius gesta testantur
suum armigerum sepe discalciabat eiusque pedes
ex humilitate tergebat calciamenta. De beato
eciam Gregorio legitur quod sub quottidiano usu
duodecim pauperibus alimenta ministrans, eis
ministrari cum suis actionibus utpote eorum
pedibus aquam proprie manibus ad magna
humilitate porrigere satagebat. Sic enim
augentur virtutes et amorum vicia radicitus
extirpantur.
Prima pars divisionis thematis affirmat
quod dicat quod salvator meus dominus Ihesus Christus
hodierna die pietate promotus mundat
sordes viciorum que sunt divisionis primum
membrum. Finaliter notanda est hic una regula.
Vel semper in prima parte thematis et rithmi
qui formatur extra debet esse quedam concavitas
ita quod non de alia re loquatur pars thematis
et de alia rithmus extra formatus sed de eadem
et tunc liberum erit sermocinantibus procedere
in probacionibus ut rem suam contentam de
rithmo ex thematis parte formato obiciant.
In prima parte thematis iuxta premissa
dominus cepit lavare tractat de lavacione pur
gacione et mundacione et in rithmo ex ipsa
dicta parte formato dum dicitur quod dominus noster
Ihesus Christus pietate promotus emundat sordes
viciorum tractatur similiter de lavacione purga
cione et mundacione. Et patet quod in probacionibus
liberum est sermocinanti procedere ut rem partem
thematis ut rem rithmum extra formatum.
Et ista de tercia parte sufficiant ad presens.

Sequitur quarta pars huius tractatus que versatur circa prolixitatem et multiplicacionem

Ubi notandum est quod multiplicacio
in sermonibus potest fieri septem modis.
Primo per auctoritatum cumulacionem.
Secundo per divisionis subdivisionem. Tercio modo
per figurarum et auctoritatum subdivisionem.
Quarto modo per congruorum vocabulorum
oppositorum et commendacionem. Quinto modo
per rithmorum inposicionem. Sexto per
auditorum excitacionem. Septimo et
ultimo per exemplorum applicacionem.
Dixi primo ergo quod multiplicacio et di
latacio in sermonibus fieri consueverunt
per auctoritatum cumulacionem ubi gracia probandi
verum debitum quod continue subiicit thematis
hic magnus vocabitur in regno celorum
Mathei v°. In quibus verbis presul
beatissimus Augustinus nobis eviden
ter ostenditur
Ampliori premio seculi demonstratur
Digniori officio solemniter honoratur
Celsiori consorcio perhenniter sociatur
Primum ubi cum dicitur hic
Secundum ad sedem magnus vocabitur
Tercium dum concluditur in regno celorum
Pro concordia primi accedat illud quod
scribitur Mathei v°. Carnalis est hic enim
David et non hic est secundum amator.
Pro concordia secundi de eo dicam illud quod
scribitur Genesis x° quod ibat proficiens
ac crescens successive donec magnus
vehementer effectus est sicut michi sibi
dicitur magnus es tu et magnum
nomen tuum Ieremie x°.
Pro concordia tercii accedat illud quod scri
bitur Mathei v°: Ipse intrabit regnum
celorum. Dicebam primo quod in themate
sic assumpto presul beatissimus Augustinus
nobis evidenter ostenditur ampliori premio
seculi demonstratur ad primum. Hic at pulcre
est digito demonstrari et dicere: hic est ut
dicit Persius in prima satira, satira
vii, potest dici quod hic presul beatissimus
Augustinus venit in testimonium ut testimonium
perhiberet de lumine ut omnes crederent
per illum Iohannis primo. Postea si que
vatur de isto quis est hic et lauda
bimus eum Ecclesiastici xxxi°. Respondetur ve
ridice dicendo
Hic est instructor fulgidus theologie
Hic est doctor maximus quo dicti informatur
Hic est defensor validus hereticorum
Hic est gladius quo pravi effugantur (malleus)
Hic est protector omnium canonicorum(?) regularium

ria presentantur
Pro quibus omnibus dictum de ipso
illud quod scribitur Iob xxviii° profun
da fluminum scrutatus est et abscon
dita produxit in lucem / patet quod quo
prima pars thematis probata est per auctoritatem
tam...latione et diuisionis subdiuisione. Nam
subdiuisio est prima pars que dicit hic est
Omnis est quod ad maiorem multiplicationem queli
bet subdiuisionis potest probari per se et diuisio
et ab alia scilicet plato... ... et hoc
notum est / Et quia auctoritas Iob dicta
premissa spiritualiter loquitur de doctrina au
gustini sancti sic dicendum
In quibus verbis propheta describit preclarum
doctorem beatissimum Augustinum clara luce
prouidit
Indagatorem serotinum diuine tocius legis
ewangelicam declarauit
Disputatorem luminosum diuine ... et
hereticam plebem confutauit
Fuit diuiso sigure / et codex posset
diuidi auctoritas quelibet que inducitur
et ad hoc ostendit triplex modus multi
plicationis / prima pars diuisionis est
ubi profunda fluminum scrutatus est
Secunda pars est ibi abscondita produ
xit in lucem / beatus augustinus declarando
legem ewangelicam et confutando plebem
hereticam / De cuius doctrina luculenta lo
quens cassiodorus in prologo super
psalterium sic inquit ut dicunt alii ...
est de ... augustinum aliquid ... ...
quasi herculis clauam demam tollere
Est enim haec omni egregius ingenio
et quod qui voluntate ... est cassio
dorus disputator ... quippe ta
cui fons purissimus nulla fece pol
luitur / sed integritate fidei perseuerans
nescit hereticis locum dare / ... se
possint aliqua colluctatione defendere
totus catholicus totus orthodoxus
inuenitur in ecclesia dei suauissimo ni
tore resplendens superni luminis clari
tate radiatur hec ille / Sed proth dolor diuine
...mendi de quibus quidam huius temporis
ecclesie prelatis qui nescientes legem
dei in tenebris ambulant et ociantes

ducunt et pitter ad fornicam dila
buntur de quibus apostolus ait ad Corinthios
ubi sapiens ubi scriba ubi conquestor
huius seculi etc. Item potest predictum
per illud quod idem apostolus ad Romanos
2° ca° ait dicentes se esse sapientes
stulti facti sunt scilicet prelati huius seculi
temporis qui quasi postpositis ewan
gelijs et propheticis ceterisque diuinae
scripture libris student comessationibus
et ebrietatibus sequentes animo repre
hensibiles libros gentilium et etiam
doctas poetarum fallacias teste beato
Ieronimo ad damasum papam de filio pro
digo ut habetur in canone 3° distinctione
ubi sic sacerdotes dei omissis ewange
lijs et prophetis videntur comedias
legere amatoria bucolicorum ... ...
... cantare tenere virgilium et illud
quod ... est causa ... ...
in se facere voluntatis Fuit ... ...
et oppositorum vituperatio in quarto mul
tiplicationis modo / Sed non sic reuerendi
diuinum et preuenit beatus reprehendendus Augustinus
qui ymo testatur de beatus qui in lege
domini meditabatur die ac nocte scribi
per primo / quem sequi et imitari deinde
si ab ipso cupimus esse beati / Unde ...
... ... campanie in epistola
ad Augustinum sic dicebat Beatus qui te au
diunt pater augustissime sancte et qui a
tua amicitia decorantur / beatus qui
te audit et intelligit in lege cuius vo
catus in doctrina tua meditatur die
ac nocte / O luculentissime sancte
fidei edificator et omnis sapientum ma
gnificus in omni lingua omnes ser
mones fidei in omnibus ... ...
sapientia quam sponte sapere sine sudore
impleuit ille ... omni artifex qui
est splendor lucis eterne et speculum
sine macula dei maiestatis ymago
ipse est enim qui pensa frangere sum
ditatem tuam / Et causa per eum datus est
tibi sensus sponte sapiere et doctrina
disciplinae hec ille / Ex omnibus reue
rendi patres et domini que in prima diuisionis
particula dicta sunt manifeste colli
gitur quod presul beatissimus Augustinus
legem rite declarauit sacra promulgando
luce clarius ... ... palando
ouiente gratis ... mare respondentes
ndes

Fidem mire roboravit errores confutando
Hec mirum cum sit doctor sublimis Augustinus
ut eius gesta testantur sunt

Expugnator vigorosus turbe garulorum
Disputator gloriosus pellens umbras dubiorum
Defensator valorosus veritatis secta malignorum
Manicheos destruit et sabellianos
Arrianos comprimit et pelagianos
Donatistas arguit et iovinianos
Canonistas instruit atque christianos

Ecce rumore in proposito ut dicebatur in capitulo multiplicationis autem. Sed nunc patres et domini mei reverendi magistri religiosi doctores et scolares de reverentia vestra quo studio quodammodo abiecto desiderabilium librorum tam desides facti estis annullatem considerantes illa que ex frequenti laborioso studio sequuntur fama divitie. Salustio ad [illegible] in suo catelinario omnes homines qui student sese prestare ceteris animalibus summa ope niti decet ne vitam silentio transeant veluti pecora que natura prona et ventri obedientia finxit. Expergiscimini ergo domini mei et patres reverendi et imitamini etiam auctoritatem virorum. Ecce redargutio auditorum ut dicebatur in septimo multiplicationis modo. Hec [illegible] pro oculis portulis antiquorum philosophorum circa studium litterarum laborem qui per totum orbem terrarum sub tempore peragraverunt ut virtutes acquirerent et scientiam de quibus beatus Augustinus Ieronimus in epistola ad paulinum sic ait legimus in veteribus hystoriis quosdam lustrasse provincias novos adisse populos maria transisse ut eos quos ex libris noverant coram quoque viderent et quibusdam cum propositis subdidit ad titum livium lacteo eloquentie fonte demanantem de ultimis yspanie gallorumque finibus quosdam venisse nobiles legimus et quos ad sui contemplationem roma non traxerat unius hominis fama perduxit. Sic ergo domini desideranter velitis imitari doctorem excellentissimum Augustinum qui in prima parte thematis nobis videntur suadere ampliori [illegible] scilicet demonstratur insipientes [illegible] hic patet in decima huius membri particula

qualiter multiplicatio fit per exemplorum applicationem quod fuit scilicet [illegible] in hoc capitulo

Sequitur quinta pars huius tractatus que versatur circa sermonis ordinationem secta

Sequitur quinta particula que versatur circa ordinationem sermonis. Pro qua diligenter est advertendum quod alia ordinatio collationis et alia sermonis. Circa ordinationem ad primum notare debes quod sermo bene et ordinate dispositus octo debet habere partes. Prima est thematis propositio. Secunda est virginis salutatio. Tertia thematis introductio. Quarta thematis resumptio et eius divisio. Quinta divisionis vel subdivisionum subdivisio. Sexta divisionum et subdivisionum probatio. Septima rumorum ordinatio. Octava et ultima sermonis conclusio. Prima pars quam nota quod omnibus patet quod in sermonibus ante omnia thema debet poni.

Secunda pars est omnibus similiter manifesta scilicet quod salutatio virginis statim proposito themate debet subiungi. [illegible] de resumpto thema. Et si queratur sub quibus verbis debet fieri salutatio? Dicendum quod hec est forma in principio in sermonibus pro speciali gratia impetranda matre domini verbis angelicis salutemus dicentes Ave maria et dominus tecum totum ave maria sub silentio etc.

De tertia parte scilicet de thematis introductione tractabitur diffuse in sexto capitulo huius operis.

De quarta parte scilicet de thematis divisione tractabitur per ordinem in primo capitulo presentis tractatus pro toto.

De quinta parte scilicet de divisione subdivisionum tractabitur diffuse in capitulo secundo per totum ut apparet per determinationem.

De sexta parte scilicet de divisionum et subdivisionum probatione tractatum est supra in tertio capitulo huius tractatus

De septima scilicet de ultima ordinatione
in ultimo capitulo huius libri domino
concedente notitia nobis dabitur

De octava et ultima parte de sermonis
conclusione est dicendum Et ideo notandum
quod sermonizator debet proposse conari ut in
fine sermonis aliud tangeret vel aliquid
conclude induceret ut auditores pro gloria deo
dicere valeat quam dominum auditores nobis
concedat unigenitus dei filius qui cum
patre et spiritu sancto vivit etc. Vel in
de mea que sunt debita ad regnum exemplo de ipso
sint primo subpremisso themate scilicet hic
magnus vocabitur in regno celorum. Item
in fine sic concludendum erit. Veniat ergo
omnes fideles ad laudandum Regnum
splendorem sancte matris ecclesie
ipse est enim angelus pacis michael
princeps ● Seraphim ardens columpna
et virga moysi' virtutis / David
perfectio / Iohannis prima / petri obedientia /
Cuius obedientia fideles imitatores nos
faciat dei filius ihesus christus in secula
seculorum Amen

Ecce proposui sermocinator pro etiam
in sermonibus fine tangere aliqua verba
pertinentia ad vitam eternam quibus
tutus pluries modum concludat quam
vitam nobis concedat qui sine fine vi-
vit et regnat Amen

Circa partem secundam qualiter ordinatur collatio
est attendendum quod aliquando proponatur thema
deinde quoddam preambulum verborum
permittere vel per modum excusationis vel
per modum ingressus adeo que per thema
proponenda sunt manifestari oportet
ut in multis exemplis patet et ut videri
potest primo in collatione facta per me domino
Iohannes marchionis ubi aliquando pro-
nunciatum thema sit dixi. Primum sunt plu-
rima ingratitudo reverendi patres
et domini enim mihi frequenter quam ingra-
titudo ad reprehenditur multum ita verba
Senece de beneficiis libro primo hic
est quod enim cuncti docendi sunt qui
libenter accipiunt libenter reddant
Et eos quibus obligati sunt reddere
animosque non solum equaliter sed vincere

Hec quidem Reverendi patres et domini
singularis ingratitudo nos tam excellenti
domino beneficiatos invadat pro gratia
actionibus omnes ad primum recedenti verba
in ewangelio domine precedentis de
scriptura sumatur sic procedendum meum
parum Math. xxv° et in ewangelio
pallegato circa propositum

Secundo patet quod dicebat ~~ in colla-
cione per me facta in morte domini
Mathie de omelia / ubi aliquando propo-
nendum thema sit dixi Preveniam temporis
brevitatem Reverendi domini illud quod
finem expediens ordinare non potui
condecenter cum videbatur ad tam
iuvenis laudem extollendam aliquando
per ordinem facere collationem sed quia
nemo cogetur ultra posse assumpsi
in themata ad propositum aliqualiter mihi
posse videtur Regit homo sine fine
etc. 2° ca° Item nota quod proposito themate
in collatione non debet aliqualiter intro-
duci sed immediate debet dividi et probari
absque subdivisionibus et dictionibus
et in dictionibus et probationibus et ce-
teris aliis procedendum et sicut in ser-
monibus / Et hec dicta sufficiat de
quinto capitulo

Sequitur sexta pars huius tractatus
que versatur circa thematis intro-
ductionem

Quia hec particula est multiplex
et varia / pro tanto sciendum debetis
quod thematis introductio in sermonibus
sex modis fieri convenientissime que
per ante vidi et plures intraquam
vel quas et thema aliqua confor-
mitas querenda et reperienda est ut
in hoc exemplo Regit homo sine
fine ubi supra Istud sit thema pro
omnis introductione sic dicendum Secundum
scripture declaratorem lux doctorum
beatissimus augustinus in sermone xxi°
de verbis domini scilicet ad verum propositum
sit autem Primus necessit quia pena est
necesse esse ut moriamur et quod quando in
qua nescimus pena certa est / hora incerta
est et de ista pena sola solum certi
sumus in rebus humanis Cetera
bona vero et mala incerta sunt sola

miser cita est quod est scilicet quod dum
Conceptus est puer: forte nascetur,
forte in abortivum cadet et ita mortuus
est; forte crescet, forte non crescet; forte
dives erit; forte pauper; forte hono-
ratus; forte humiliatus; forte habebit
filios; forte non habebit; forte ducet
uxorem; forte non ducet. Et cetera que
nominabilis aliud in homine ita dici-
mus. Respiciatis etiam mala; forte
egrotabit; forte non egrotabit; forte
a serpente percucietur; forte non percucietur;
forte a bestia devorabitur; forte non. Respi-
cite omnia mala ubique est forte erit
forte non erit, nisi quia non potest neces-
sario dici: forte morietur, forte neces-
sario morietur. Unde medici cum inspexerint
valitudinem et mortem sibi esse
cognoverint hoc pronunciantes moritur
ille non evadet. Ex quo nascitur ho-
mo idem est non evadit cum natus est
homo egrotare cepit cum finit mor-
tuus finit quidem egritudine. Restat
utrum purgat in peyora hec Augustinus.
Requirunt verborum sua si diligenter
thema propositum respicitur evidenter
concluditur. Restit homo fuit sine quo
finit via in principio huius sermonis verba
venerabilis proposita in quibus quidem ubi
est. Restat primus modus dividendi thema

Secundo oportet intendendum thema predictum
partem ita principaliter primam thematis
ad principalem partem eius qua dictione
ad probationibus primis finita thema
resumitur et dividitur ut inquit glosa
Obyt in domum suam dicat vero
istud erit thema primum intendendum
cone sic dicta divinare scripture
volumina revolventi triplex post
hanc vitam in sacro canone habita-
cione domus occurrit scilicet

Domus dampnatorum dire tribulationis
Domus purgandorum plene satisfactionis
Domus salvandorum vere quietationis

Occurrit igitur primo dicam speculanti
scripturam habitacio seu domus dampnatorum
dire tribulationis ad qua inhabitandum
quidam post hanc vitam mittuntur. Unde
Job 17 plum capitulo scribitur: Infernus domus
mea est et in tenebris stravi lectu-
lum meum. Et Bernardus Dudum in
sermone de spirituali negotiacione de
hui[us] modi domus seu habitacione sic inquit:
O gehennalis regio fugienda et
horrenda terra miserie et tenebrarum
domus letiferi, mortis oblivionis
terre ubi est ignis ardens frigus
frigens et vermis immortalis fetor
intollerabilis, mallei percucientes
tenebre palpabiles, confusio peccatorum
inde immediate vinculorum, horri-
biles facies demonum, contristat
totus admiracio regionis huius.

Sed occurrit secundo dicam speculanti
scripturam habitacio seu domus
purgandorum plene satisfactionis
ad qua inhabitandum ad tempus quidam
post hanc vitam mittuntur. De qua
scriptura proprio non scribitur. Ideo est domus
protegens turpitudine illorum purgan-
darum de peccatis nondum ad plenum
in hac vita purgatis. Unde Beda
in sermone predicto de huiusmodi pur-
gatoria domo sic dicebat: Est re-
gio quedam expurgationis ubi
si anime corporibus excedentes tenentur
ad tempus vel calore ignis vel
rigore frigoris vel aliud huius gra-
vitatis doloris. Ibi per primus fi-
lios glorificandos in eternam tem-
perantis reliquid non ad tempta-
cionem sed ad purgandum.

Tercio dicamus domum mei venerandi
quod dicam speculanti scripturam occurrit
habitacio seu domus salvandorum
vere quietationis de qua affectus in-
habitandum quidam post hanc vitam vo-
lant de qua propheta psalmo precipuo dic-
it: Una peciit a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini omnibus
diebus vite mee. Et psalmo lxxxiii
idem propheta clamat dicens: Beati qui habitant
in domo tua domine in secula seculorum
laudabunt te etc.

Si ergo Reverendi patres et domini mei talis
sequitur quo abijt dilectus vester au
gustinus pronto videri posse quod abijt
in domum eternitatis sue. Ideo enim dilectus
ab peccatoribus eius tempore abijt
in domum dampnatorum calamitatis
et inustis vero in domum purgandorum
penalitatis et angustie. Sed in domum
beatorum felicitatis et letitie. Et ideo
in prima mei sermonis dicebam quod ipse
abijt in domum suam que sunt verba etc.
Hec sexdecimus modus introducendi

Tercio potest introduci thema per concor
dantes congruitatem et convenientiam
cum themate vel cum materia de qua
sermocinator tractare intendit sic quod ex
probatione cuiuslibet conclusionis sermonis inferat
una pars thematis. Exemplum probatur
illatis inferatur vel resumatur pro in
thema in fine conclusionis totaliter ut in hoc
exemplo. Verbum caro factum est Iohannis
Reverendi patres et domini mei de ad
mirabili corpore et sanguinis domini
sacramento cupiens dicere tres questi
unculas sub brevi forma investigare
disposui

Cur viatoribus datur cibus angelicus
Cur peccatoribus datur potus dominicus
Cur successoribus datur actus divinus
deificus

Prime questiuncule Reverendi patres et domini
mei que querit: Cur viatoribus datur
cibus angelicus. Illa modo solvitur questio.
Nam previdens dominus vester pya miseratione
disposuit primus cibus angelum
in hac vita mortalibus elargiri. quia
per accessum ad premium de proximo regulis
erat corporalis refectione teste Eusebio
Emiseno ut inducit magister sententiarum
in quarto distinctione viii capitulo 2o quoniam sic ait.
Quia corpus assumptum dominus vester ablatu
rus erat ab oculis et illaturus
sideribus necesse erat ut die cene sa
cramentum nobis corporis et sanguinis
consecraret ut colleretur iugiter per misterium
quod semel offerebatur in precium. Ex quibus
hec ille. Ex quibus quidem verbis patet
quod dominus vester Ihesus Christus ut eius re

memorationem iugiter faceremus nobis
viatoribus sui corporis cibum dereliquit
sacramentum

Quoniam est directivus hominum ad veritatem
Quoniam est purgativus plebium ad claritatem
Quoniam est assertivus fidelium ad sanctitatem
Quoniam est reductivus cordium ad equitatem

Nam est unus qui ergo dominus meus nec
tendimus ad veritatem vitalem
cum prima particula mei thematis
concordat dicens Verbum caro etc.

Secundo domini mei Reverendi querebatur
Cur peccatoribus datur deificus potus dominicus.
Quoniam satis facit beatus Ambrosius
super epistolam ad Ephesios ubi sic ait:
Videte admirationem corporis et anime
quod proprimus quia caro Christi pro
salute corporis sanguis vero pro
nostra salute anime offertur. Rursum re
stat largissime fluentes velud tor
rens aquarum uberrime de salute
domini egressus de quo non Romanorum 1o
totius legis israhelitici populus usque
ad guttur sanctitatis et sanctitate
attrapit biberunt quod cuncta dei eorum
munenta et cruciatuum tam penitus
est inextinguibilis sicut omnibus videbatur.
Sic namque domini mei Reverendi cuncta
fidelium congregatio satiatur illa ut istorum victorum
peccatorum fluvium undique egressa san
guinis divini extinguat et deleat.
Quare propter particulariter vivendo propositum
conclusionis non immerito dicere possumus
quod sanguis Christi sub specie vini inesta
bilis consecratur a sacerdote

Spandendum iannas superiore
Datur ad firmandum animas peccatorum
Tergendum maculas peccatorum

Post 2o conclusionis conclusionem et mei the
matis secunde partis illatio cum sub
ditum dedi

Sed tertio et ultimo querebatur cur actus
deificus datur sacerdotibus et cur
virtutibus transmutandi fratribus verum datur
successoribus id est sacerdotibus qui
Christi successores et vicarii sunt asser
laudi ut sancta tradit ecclesia ad sanctum

mentalem prolacionem verborum perfecte
ut requiritur facta verba panis in corpore
christi verba benedictionis vertatur / Cum
ergo queritur Cur consecrandi virtus que
videtur esse actus quidam deificans
soli deo videlicet communicatur sacerdotibus
ut possint tanquam ministri panis
et vini substancias in corpus et sanguinem
domini substanciali transmutacione ineffabiliter
transmutare. Talis danda est responsio
Tamen congruum videbatur quod sacerdotes virtutem
consecrandi acciperent ex quo deus sacrificat
suos et tam ordinaverat esse vicarios
ut multiplicarent ab eo dicti consequenter honorem
de quo loquitur hic doctor Augustinus
libro de dignitate sacerdotali sic in-
quiens Reuera magna est dignitas
vestra o sacerdotes qui sunt in celo et in
terra comparari potest Vos enim potestis consecrare
vestra potestate dominicum corpus christi quod fuit san-
guine christi. Hinc est quod super tam insigni
privilegio vestro stupet celum miratur
terra multitudo veneratur angelica celsi-
tudo ac tota contremiscit omnis terrena
plasmata hec ille / Ex quibus omnibus
manifeste concluditur accepisse sacerdo-
tes a domino nostro ihesu christo ~
Statum dignissimum / et gradum administra-
cionis locum altissimum / et ritum guber-
nacionis Item verissimum / et modum
confectionis / Quia ipse dicebat dominus
omnibus vobis Item eum dedi vobis
que sunt verba duplicata in sermone ~

Quarto pro introductione thema per
figuram que si non inveniuntur ad propositum
in veteri testamento littere sumitur de novo
qua assumpta dividenda est in par-
tes primo conformes ad partem the-
matis / Et adeo que sunt de quibus sermo-
cinator tractare intendit et illa pro-
bande sunt partes figure / Sed in fine
probacionis cuiuslibet partis inferatur una
pars thematis / finito themate supra
quibus particulariter illatis inferatur
thema in fine communi post figuram
totaliter ut in hoc exemplo / Cepit lavare

pedes discipulorum et extergere linteo
quo erat precinctus Iohannis xiii° / Do-
ctor egregius presbyter beatissimus Augustinus
in sermone hodierno sic ad populum lo-
quebatur Audivimus hodie quod ille qui
omnia habet in manu vestimenta deposuit
qui etiam carnem pro nobis assumpsit
Et quid mirum si more famuli pre-
cinxit se linteo / qui formam servi
accipiens habitu inventus ut homo / Et quid
mirum si fundit aquam in pelvim qui
dignus est fundere sanguinem pro nostra
salute / De qua salubri effusione et
etiam lavacione Iohannes apostolus et evan-
gelista de christo loquens Apocalypsis primo
ait Lavit nos a peccatis nostris in sanguine
suo In quibus verbis pro thematis nostri
introductione assumptis tria consequenter
explicantur et ad thematis continentur.

Sancta expiacio sordidatis continua
Feda inquinacio puritatis expulsiva
Grata miseracio pietatis ostensiva
Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo
In sacra lotione fulget victor allectivus
In feda temptatione patet liquor infectivus
In dira passione viget amor excessivus

Primo ergo in figura notatur venustatis
pulchritudo vane sordis expiatrix
cum premittitur Lavit nos / Et in prima
parte thematis dicitur cepit lavare ~

Secundo in figura notatur feditatis tur-
pitudo sacramentis inquinatrix cum
subiungitur a peccatis nostris Que quidem
peccata significantur per pedes scilicet
quedam anime affectiones / Et in secunda
particula thematis dicitur notanter cum dicitur
pedes discipulorum ~

Tercio in figura notatur pietatis gra-
titudo tarde pacis condonatrix cum dicitur
in sanguine suo / qui sanguis per
linteum quo erat christus precinctus
in tercia thematis particula figuratur ~

Primo ergo in figura notatur sacra expia-
cio sanctitatis continua cum premittitur

lavit vos / sed hic mitt. ffons gen. hu̅ano
per pctm̅ fedato dixerat d̅ns per pph̅a
Ezech. xvi° ca° / lavit te aqua et mundat.
hic idem defectus per pph̅am aliud nobis
postea d̅ns repromisit d̅ns / effundam
super vos aquam mundam et mundabimini
ab omnibus inquinamentis v̅ris quod ad
litteram implet cum alia hanc aquam ad
instantiam in persona cuius postulabat
d̅ns donum dari in hanc aquam Johannis
iiij° ca° / Et pph̅a predixit in persona
in prima cum alia xpo dixisse dicebat
lavabis me et super nivem dealbabor
Omnibus peccatoribus ecclesiae peccan-
tibus aquam dare disposuit et in
plenitudine temporis maculas omnes animarum
lavare cepit prima enim thematis
parte dicente
Cepit lavare et hic de primo
Scdo est signum notatur feda iniquitatis
feditatis expulsiva cum subiungitur pedes
discipulorum / Erat namque genus humanum
ex primorum parentum transgressionibus
gratuitis spoliatum et miserabiliter originali
culpa fedatum / psalmographo attestante
qui ait / Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum et in peccatis concepit me mater mea / que
verba exponens lux doctorum Augustinus sic ait
Nemo de viro et muliere natus sine macula
peccati originalis nascitur et moritur / Et
ideo in iniquitatibus conceptus sic dicit David
quia in omnibus trahunt iniquitatis maculam
ex adam et vinculum mortis / Nemo enim na-
scitur nisi trahens penam et meritum pene
Meritum autem pene peccatum est / Omnis ergo
qui nascitur peccatis conspersam peccatum
attrahit hec ille / Cui pulcherrime alludit
venerabilis doctor beatus Ambrosius in de vocatione
apostolorum ita dicens / Prius per peccatum hominis corpus
corruptum est per peccatum ipsius namque
corruptio per cognitionem offensionis
manet in terre rubore tenens divine
sue date in adam ingratus persona anime
maculabatur peccato / Quod etiam Augustinus
confirmat in de verbis apostoli libro primo
sic dicens / Natura quippe humana non opere

humano dei cui vitio primitus est insti-
tuta / Sed cuius voluntate arbitror primo
homini vehementi vitio est sauciata / unde
non sic in carne opus vivum in quo insidet
anima / sed in quibusdam anime affectionibus velut
pedes a xpo lavantur dicente secunda
particula thematis / pedes discipulorum
Tertio et ultimo quo ad hoc dum tenendi
in figura notatur gratia inflammata pietatis
ostensiva cum subiungitur in sanguine suo
Si enim sanguis hircorum aut vitulorum
inquinatos sanctificat ad emundationem carnis /
quanto magis sanguis xpi qui per spiritum
sanctum semetipsum immaculatum obtulit
deo emundabit conscientiam nostram ab operibus
mortuorum ad serviendum deo viventi ad hebre-
os / Nam sine sanguinis effusione
non est remissio peccatorum scribitur ibidem
Iustitia enim dei est propter eum ihesum xpm
quem posuit deus propiciatorem peccatis nostris
ad Romanos iij° ca° / Ut enim testatur lux
doctorum Augustinus in ipso vivunt immundi
vel peccatores / vel vivunt invisibiles cupi-
ditates / fuso enim sanguine sine omni
peccato culparum cyrographa sunt deleta
Nam sanguis xpi fuit lavacrum et ex-
tersorium quo vitiorum sordes lavantur
et humane nature peccata terguntur / Tertia parti-
cula thematis asserente et extergere linteo
quo erat precinctus que fuit via 2ª principalis
mei sermonis vel curam sponsa
Restat modo ut introducatur thema per quam
et tunc notande sunt quatuor regule / prima
est quod aliquis clausula que cum thema introdu-
catur / debet componi ex aliquibus terminis
thematis / quarum propositionum numerus non debet esse
minor binario quia aliter non esset unus
nec maior quaternario propter vitandam
tandam prolixitatem
Secunda regula est quod aliqua clausula thema que
debet esse thema introducendum in propria forma
vel equivalenti equaliter
Tertia regula est / quod propositio autem seu propositiones
termini dicunt terminari per eandem silabam
per quam terminatur thema si fieri potest vel
ad minus tales terminentur propositiones aut quod ex
eis thema conferatur equaliter
Quarta regula quod clausula que autem non possit
esse una sine gratia
Quinta regula quod propositiones autem debent probari

vel simul vel divisim. Exemplum sub themate
assumpto ad commendationem beati Augustini
videlicet hic magnus vocabitur in regno celorum
Mathei v° capitulo. Reverendi patres et domini mei
pro dicta divina manifestat voluminum
eorumque auctores lux doctorum eximius pater
beatus Augustinus sanctitate predotatus

Sanctitate predotatus sordes spernit mundia-
lem pellens lucernis [?] viciorum
Veritate radiatus lucem vidit divinalem
scribens vitium [?] divinorum
Dignitate sublimatus sede scandit triumpha-
lem tenens statum perfectorum
Igitur ut thema meum pollicetur de ipso hic
magnus vocabitur in regno celorum

Patet in hoc quod quod propones exemplum constat
autem sunt tres / et sic secundum primam regulam
que non dicunt esse pauciores duobus
nec plures quattuor
Item patet quod quartum membrum quod est thema
introducendum in propria forma et hoc [illegible]
[illegible] regulam
Item partes thematis que non possunt esse vere
sine qua / quia exemplum est quod aliquis teneat
ea que in ante ponuntur / quod vocabitur magnus
in regno celorum / et sic secundum quartam regulam
Et notandum etiam quod quando partes antis talis formatur
quod thema infertur exemplum non formaliter
sed equivalenter dictam sicut dicitur hic Reverendi
patres et domini mei

Sanctitate predotatus sordes spernit mundiales
Veritate radiatus lucem vidit divinalem
Dignitate sublimatus sede scandit triumphalem
Igitur hic in regno celorum sede sit nobilem regalem
Ecce thema equipollenter / Item patet quod ante
thema que non potest esse verum sine [illegible] quia
exemplum est quod aliquis teneat ea que in ante
ponuntur / quod magnus vocabitur in regno celorum
et sic secundum quartam regulam

Restat nunc probare partes antis [illegible]
vel divisim et sic secundum quintam regulam
Dicebam primo / quod pro dicta divina manifestant
voluminum eorumque auctores doctorum egregius Au-
gustinus sanctitate predotatus etc. hic est vir
qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum
non stetit et in kathedra pestilencie non sedit
sed in lege domini fuit voluntas eius die ac
nocte scribendo [illegible] primo [illegible]

in quodam sermone de eo / Celebratur
fratres hodie festum natale sanctissimi Augu-
stini apud quem fuit fons vite et cuius
lumine et splendore tota ecclesia hodie
radiatur / Ecce magnum spectaculum hodie pro-
positum est oculis nostre mentis illius
magni aurelij Augustini qui vere norma
stetit et spectaculum in natura / Ecce pater orpha-
norum / et iudex viduarum / qui peccatores con-
vertit et conversos ad vitam eternam perducit
Ecce magnificus Augustinus amantissimus doctor
qui pigros hortatur / afflictos consolatur
hic est Augustinus margarita celestis / cithara
nove / et antique legis sanctitatis exemplum
Ecce fornax caritatis quod [illegible] sepedicti
caritate [illegible] hoc ille / [illegible] al-
ludit venerabilis Anastasius ad rectorem
in epistola ubi de Augustini sanctitate sermone
faciens sic dicit Tanta erat excellencia
et sublimitas sanctitatis viri Augustini ut omni-
bus [illegible] dei vita sue sanctitatis comparatione
culpabilis appareret / studeamus igitur
amice carissime omnibus virtutibus pre-
pollere ut ipsum imitari valeamus / hic
beatus Ciprianus et venerabilis ipsius sancti-
tatem commendans in epistola ad beatum Da-
masum sic dicebat Augustinus doctor mitis
et humilis doctorum vidimus honestus
et mansuetus paupertatis amator / et
norma bonitatis / Augustinus presul sanctissimus
et a cunctis desideratus / Augustinus plena gratia
videntibus et audientibus affabilis
et amenus / Augustinus nomine sui fama
gloriosus / Augustinus omnium virtutum imitator
[illegible] / odor balsami et honestatis gratia
urbanitate et [illegible] caritatis gemma
margarita / lapis eminens / ortus ir-
riguus / flos redolens / doctor [illegible]
Augustinus [illegible] formositas / fiolare ame-
nitatis / aurum [illegible] / nullius partem defi-
ciens est enim vas auri solidum ornatum
omni lapide precioso etc. Ex quibus
omnibus videtur fieri carissimi hunc bea-
tissimum presulem Augustinum

Virtuose renitente fructuosis operibus
Graciose redolente preciosis odoribus
Copiose affluente gloriosis muneribus etc.
de primo
Dicebam 2o / quod pro dicta divina etc. quod doctor
eximius beatus Augustinus veritate radiatus etc.

Lin mito dicam ag[ri] sanc[tus] qua verax
est et viam dei in veritate docet ait xpus
Ut enim testa[tur] venabilis prosper in de lau
dibus augustini sanctissimus augustinus dns
est et caput om[n]i[um] Nam sed hoc nec toc[i]a
ecclesia hic locum sic nec om[n]es doctores
augustinus obtinet principatum hic est sanctissimus
augustinus qui se tanq[uam] sapiens architector
ecclesie fundamentum per sanctissimos apostolos
conservavit et reparavit et sequitur infra
O magne et admirabilis pr augustine
effons profundissime sapie qui quotidie
ac nocte legendo ac disputando scribendo
et predicando animam conservas omni ecclesiarum
Nota hic velud archa noe archam fabricando sed
libros componendo in medio vinisio pericitantes
absconditos liberavit ex alle Cui bene concordat
sanctus Jeronimus in libro de duodecim lectori
bus ita scribens Augustinus excelsus per montium
cacumina volans quasi aquila et ea
que sunt de montibus radiabus non considerans
multa celorum spacia eciam eq[ue] situs
et aquarum ambitum claro sermone permeat
decimo confessione irrigat Ecclesiastici xv[o]
Et ne igitur p[er] sapiente dicat In me[di]o
ecclesie aperuit os suum et implevit eum
dns spiritu sapie et intellectus Ex quibus
omnibus Reverendi patres et domini mei vi
detis q[uo]m[odo] doctore eximium

Ingenio perspicuum scientia restantem
Eloquio veridicum diuina eructantem
Sententiis mirificum superna meditantem

Ut inito de ipso dicatur illud sapie vii
Optavi et datus est michi sensus invocavi
et venit in me spiritus sapie et intellectus
et preposui illam regnis et sedibus dimi
ciens nil esse divicias in comparatione illius quia
omne aurum in comparatione illius sicut salu
tem et speciem dilexi illam et proposui pro
luce habere illam quoniam inextinguibile est
lumen eius Et infra quecumque sunt
abscondita et improvisa didici omnium enim ar
tifex docuit me sapientiam Et hoc de secundo

Dicebam tercio et ultimo quod ad hoc pert
Quia manifestat volumen corruptibile
auctoritas doctoris eximii beatissimi viri
pr augustini dignitate sublimatus erat quia
non solum sapie claritate prefulgidus
verum et dignitatis honore excelsus publi

matus de quo in epistola testatur sanctus
Rodiernia Eccli l[?] Ecce sacerdos magnus
qui in vita sua suffulsit domum et in
diebus suis corroboravit templum
Decimi dignitate admirabilis per mundum
scribens Anastasius in epistola ad ma
cedonium ita inquit Si diligenter con
deres magnifice domine omnes ecclesie
sancti augustini est per omnes fideles dicitur
pt quod ipse est alter moyses qui dns
glorificavit in conspectu regum et excelsum
fecit illum Ipse est alter aaron quem
coronavit corona iusticie cum excelso
signo sanctitatis glorie honoris et operis
fortitudinis Ipse est alter samuel qui re
novavit imperium et in lege dni am
pliavit favore dei congregacionem Ipse alter
ioseph firmamentum gentis rector populi
princeps fratrum suorum Ex quibus omnibus
clare patet quod hic doctor eximius fuit
beatus Augustinus

Cura laude sanctitatis illustrat amore
Clara luce vitalis restaurator (reformator) archanorum
Celsa sede dignitatis sublimata preditur
Agitur hic magnus vocabulo virgo colorum

Que sunt tria puncta nostri caritati pro
posita in principio nostri sermonis

Sexto et ultimo modo pro introducione the
matis per sylo[gismu]m et tunc notande sunt
alique regule

Prima regula est quod talis sylogismus debet esse
in prima figura et in modis directe
concludentibus et hoc racione pulcritudinis
formalitatis

Secunda regula quod maior propositio sillogismi pro
thematis introductione sit thematis composi
cione et propositio sit quod prima composita excla
quibusdam propositionibus et postea sit thema in
propria forma si fieri potest Si vero non potest the
ma propositio predicatum maioris assumi
assumatur equipollenter vel finaliter

Tercia regula requiritur quod propositiones
ex quibus componitur sillogismi maioris propositionis
non debent esse panabiles duabus vel plu
ribus quatuor sint dum sint de ante et ante

Quarta regula quod propositiones ex quibus
componitur maior propositionalis sunt thematice

et dicitur firmari et rithmari et copulari
per eandem sillabam per quam terminatur thema
sicut est supra dictum de qua.

Quinta regula quod minor propositio debet esse compo
sita ex verbo et predicato ita quod verbum sit nomen
illius scilicet ad quod commendatur sit sermo et
predicatum sit subiectum maioris propositionis in
predicta forma

Sexta regula quod pars maioris propositionis
debet breviter probari vel improbari et hoc
ratione prolixitatis evitande. Nam si probaretur
pars utriusque propositionis scilicet maioris et minoris
sermo esset prolixus nimis. Hoc tamen relinquitur
quoddam est respectu sermocinatoris
volentis. Deinde exemplum in sillogismate ad comme
dationem beati augustini assumpto videlicet hic
magnus vocabitur in regno celorum matthei
5° capitulo et in ewangelio etc. ubi supra Re
verendi patres et domini mei si placet
tunc volumus presentari divine scripture
volumina nobis procul dubio notum erit
quod continetur

Sanctitate predotatus legem implet preceptorum
Veritate radiatus ceteros docet proximorum
Dignitate sublimatus labem delet errorum

Hic magnus vocabitur in regno celorum
Ergo beatissimus augustinus magnus vocabitur
in regno celorum. Forma arguendi ut vi
detur est bona quia est in tertio modo
prime figure videlicet in darii. Regule
huius partis sunt evidentes satis si quis
formam hic positam diligenter aspiciat.
Restat modo probare maiorem cuius prima
pars probatur per illud quod scribitur da
nielis 12° capitulo Qui docti fuerint
fulgebunt sicut splendor firmamenti
et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi
stellas in perpetuas eternitates. Secunda pars
necessario probatur per illud quod habetur matthei
19° Si vis perfectus esse vade et ven
de omnia que habes et da pauperibus et
habebis thesaurum in celo veni et sequere
me. Ad minorem propositionem rationabiliter quo ad
singulas partes potest probari sicut probatum
est ante quam supra posita probatur
ambabus premissis illo modo quo dictum
est. Resumenda est tota forma qua

resumpta concludat sermocinator que sunt
verba in principio eius sermonis vel cantica
proposita supra. Igitur quid de toto capitulo
sit tenendum. Sequitur septima
pars huius tractatus que continet
circa rithmorum formationem

Quamvis practicale ista sit prima regula
rithmus sit debet esse formatus quod quadam
sua simulitudine et delectatione auditorum
alliciat aures. Secunda regula est quod
omnis rithmus alicuius cuiuslibet debet esse
equalium dictionum et quo ad numerum et quo
ad mensuram. Ita quod si primus rithmus est
trium dictionum eodem debet esse secundus et si
militer et etiam quartus si tot essent.
Et si prima dictio primi rithmi est bissillaba
prima dictio secundi rithmi debet esse bissillaba
et similiter prima dictio tertii rithmi et sic
de singulis si plures in una statione
essent. Item si secunda dictio primi rithmi
est trissillaba secunda dictio secundi rithmi debet
esse trissillaba et de tertio et quarto
si tot essent. Item si tertia dictio primi
rithmi est quadrisillaba tertia dictio secundi
rithmi debet esse quadrisillaba et de
ceteris ut clare patet in hoc exemplo

Salus hominis promittitur
Sensus demonis confunditur
Cursus sideris dirigitur

Tertia regula quod sillaba est aliquando unius
littere aliquando duarum aliquando trium
quandoque vero constat ex quatuor. Exemplum primi
et secundi in hac dictione amo que est
bissillaba. Et prima est una littera scilicet a
et secunda sillaba constat ex duabus litteris
scilicet mo. Exemplum tertii in hac dictione
sensus que est duarum sillabarum quarum
quelibet constat ex tribus litteris ut apparet.
Exemplum quarti in hac dictione scruta
bor que constat ex tribus sillabis quarum
prima est quatuor litterarum secunda duarum
tertia vero trium ut expresse videtur.
Et tamen patet quod quandoque una sillaba plu
res contineat litteras quam alia tamen non
variat mensuram dictionis ut patet
in istis duabus dictionibus amabor
et scrutabor quarum quelibet est trissillaba
tamen prima scilicet huius dictionis amabor

est constat ex vna littera et prima sillaba
huius dictionis scrutabor constat ex quatuor
litteris

Quarta regula est quod simonoaturum
conari pro posse quod in dictionibus ex quibus
ritmi componuntur vocales sint similes
que regula debet intelligi maxime
de penultimis et ultimis vocalibus
Et si regula non potest servari de penultimis
servetur sine falle de ultimis / unde non
bene consonarentur ut sonaret iste due
dictiones desiccans et clamans / nec
in principio aliquorum ritmorum nec in
medio nec in fine / quia ultima vocalis
prime dictionis est e et ultima secunde
dictionis est a / Sed iste dictiones desi-
cens et desinens subvenies bene so-
narentur in principio ritmorum et medio
et in fine quia penultime et ultime
vocales utriusque dictionis sunt similes
ut notum est

Quinta regula est quod in ritmis licet
ponere duas dictiones loco unius / ita
quod quia in ritmo ponitur una dictio
trissillaba in alio possunt poni due
quarum una sit monosillaba et alia bissillaba
ut in hoc exemplo / Iustus quilibet suo
opere coronari tenetur

Animum dirige ita hoc est utilitatis
Ad deum recte non hoc est necessitatis
Mundum despice ita hoc est salubritatis

Vbi apparet quod in principio primi ritmi ponitur
ista dictio animum que est trissillaba et
in principio secundi ritmi ponuntur due dictiones
loco unius videlicet iste ad et deum
quarum prima est monosillaba et secunda dissillaba
ut apparet / In principio vero tertii ritmi po-
nuntur eadem due dictiones / sed ista dictio
mundum / ista dictio similiter potest fieri quod
in uno ritmo ponitur dictio quadrissillaba
quod in alio ritmo possunt poni due
quarum quelibet sit bissillaba vel quarum una
sit monosillaba et alia trissillaba ut in istis
exemplis / Ut plures in hoc mundo vide-
runt Verbum prius humanitate revelatum
Vbi prius humanitate revelata deitate
Signum legis mundo datum vitate

Vbi apparet quod ista dictio revelatum
ponitur in primo ritmo quod est qua-
drissillaba / et alie due in secundo ritmo
sibi correspondent / videlicet iste mundo et da-
tum que sunt sic scilicet / quod quelibet est bissillaba
ut in hoc exemplo Ut plures in hoc mundo
viderunt
Vbi prius revelatur deitate humanata
Signum legis iam firmatur vitate prophetata
Vbi apparet quod ista dictio revelatur in
primo ritmo ponitur et est quadrissillaba
et alie due in secundo ritmo sibi corre-
spondent / videlicet ista dictio iam et ista
dictio firmatur que sunt sic scilicet quod prima
est monosillaba et secunda trissillaba / Deinde
notandum est quod de ritmis seu de for-
matione ritmorum non potest tradi totalis
notitia eo quia ritmi modis diversis in-
numerabilibus possunt sine dubio variari / pro-
nam tamen duodecim genera ritmorum
ex quibus studiosus simonoaturus
poterit formare seu facilius ad sint
expedientes de aliis diligenter inducere
formare / Primum genus ritmorum est
quando ritmus constat ex duabus dictionibus
tantum ut in hoc exemplo / Iustus quilibet
suo opere coronari debet

Deum diligere
Mundum spernere
Celum appetere

Secundum genus ritmorum constat ex
tribus dictionibus ut in hoc exemplo

Sensus demonis confunditur
Salus hominis proponitur
Cursus sideris dirigitur

Et tunc notandum est quod dictio ultima istorum
ritmorum secundum genus in penultima sua
sillaba est brevis / Si tamen in fine ritmi
poneretur dictio que in sua penultima
esset longa ritmus esset pulchrior ut hic

Salus hominis predicatur
Sensus demonis depravatur
Cursus sideris demonstratur

Tertium vero genus ritmorum est quando

ritmus constat ex quatuor dictionibus
ut in hoc exemplo Tempore quo
Christus fuit in hoc temporali mundo apparuit
Orata dei mater peccato regie deitatis
Sancta predicatio intime iocunditatis
Ubi videtur quod quilibet istorum ritmorum
ex quatuor componitur dictionibus quarum
prima est duarum sillabarum et est longa
et alia est quinque et est brevis in sua
penultima sillaba / tercia est trium sillabarum
et est in sua penultima brevis
quarta et ultima dictio est quinque
sillabarum et est in sua penultima sillaba
longa / et istud genus ritmorum est
multum apparens ut patet intuenti
Quartum genus ritmorum est quando ritmus
componitur ex quinque dictionibus ut in hoc
exemplo Apostoli sancti viderunt in facie
ultime cene convivio
Vini panis almiflua sancti collativa
Puri fontis dulciflua predicti purgativa
Omni tempore angustia [illegible] repulsiva
Similiter patet quod quilibet istorum ritmorum
componitur ex quinque dictionibus quarum
prima est longa et similiter 2a 2a 3a
et quinta et hoc genus ritmorum poetis
hactenus multum usitatum ex eo quod est magis
que verum stat
Nota quod hoc genus ritmorum potest
multipliciter variari secundum multiplicem
mensuram dictionum ad invicem ex quibus
ritmi componuntur Nam ex quo propter proportione
divine de ratione beatus Augustinus habuerunt
colloquium ad invicem Similiter de tali ratione
potuissent tales ritmi formari /
videlicet
Quali forma fabricamus luminum impletorem
Qualis norma consiguus // orbium exornatorem
hostium debellatorem
Quali mitra coronamus orbium
exornatorem
Quilibet enim horum ritmorum constat
ex quinque dictionibus quarum ultima in
sua penultima sillaba est brevis alie

vero omnes in suis penultimis pro
longantur / Item prima dictio est duarum
sillabarum / et secunda similiter / tercia dictio
est quadrisillaba / quarta trisillaba / quinta
vero ex quinque sillabis componitur / Nota
sit autem de ritmis superioribus quinque
ex quinque dictionibus similiter componantur
Quintum genus ritmorum est quando componitur
ex sex dictionibus ut in hoc exemplo
Clama ne cesses quasi tuba exalta
vocem tuam / ex quibus verbis de Christi
incarnatione sic dicam
Clamat celi electorum vim celsi clarari
Clamat terra tributorum vinum dei vendere
Clamat tempus pristinum vim [illegible] destrarum
Constat enim quilibet istorum ritmorum
ex sex dictionibus / quarum prima est bissillaba /
secunda similiter / tercia trisillaba / quarta bissillaba /
et quinta etiam / sexta quadrisillaba / prima
est longa 2a 2a. quarta et quinta est
brevis et sexta est longa / Hoc genus
ritmorum est valde amenum Et potest
multipliciter variari ut in ista
ista va Venite comedite panem
et bibite vinum potest sic dici
Celis actus qualis clamor qualis provocatio
Celis abus qualis sapor qualis epulatio
Qualis potus qualis dulcor qualis delectatio
Primum ibi venite
Secundum ibi comedite panem
Tercium ibi et bibite vinum
Ex predictis ritmis evidenter apparet
quod unusquisque componitur ex sex dictionibus
quarum quelibet est longa ut docet ex
periencia: et quarum prima est bissillaba
similiter 2a 2a. et quinta et sexta
ex quinque sillabis constare videtur
Hoc ritmorum genus multum est al
liciens ut apparet
Sextum genus ritmorum est quando
ritmus constat ex septem dictionibus
ut in hoc exemplo Venerandi presbyter

et dum mei frequenter conversatur cum conscia
vicia sine omnibus mostrea

Est arguata honore servitute passionis
per insipientiam

Est maculata scelere fede actionis per
concupiscentiam

Est mensurata pondere prave ulcionis
per malivolentiam

Quarum dictionum prima est monosillaba
2a est quadrisillaba, tercia trisillaba, quarta
bisillaba, quinta quadrisillaba, sexta monosillaba
quod et ultra ut videtur longitudine et brevitate
xx componit dictionum et unum carminum potest studiose
dictionibus ut vi[detur] sermocinator decenter sociare. Nota
tamen exemplum aliud de rithmis ex septem
dictionibus constantibus. Nam virginis festo
deo dicere devote tenetur

Tolle cremen dona lege cum afflictum vi
ciorum

Probe lumen auge sedes cum perfectum
meritorum

Septimum genus ritmorum est quando rithmus
componitur ex octo dictionibus ut in hoc
exemplo Doctor eximius beatissimus
pater noster Augustinus

Celsitate predotatus sedes sponsi celestis
pollens lux mundi viciorum

Puritate radiatus lucem videt divi
nalem scribens ritum dominorem

Dignitate sublimatus sede scandit tri
umphalem tenens statum perfectorum

Nota aliud exemplum

Niveda ubere carmine pollent
ut sunt scripta prophetare

Niveda errore semine squalent
ut sunt scripta zophistare

Niveda doctore dogmate florent
ut sunt scripta legistarum

Niveda colore lumine fulgent ut
sunt scripta prophetarum

Et tamen non est numerus dictionum longitudi
nem brevitate et mensuram

Octavum genus ritmorum est quando
rithmus componitur ex novem dictionibus

ut in hoc exemplo In die nativitatis
domini nostri que tria ista sunt nobis collata
videlicet

Optima iocunditas amore erectiva
sponsus regis conna videte leticiam

Proxima nativitas destructore generativa
deus instans demonstravit videte notitiam

Maxima benignitas electorum reductiva
probus salvans destinavit videte clemenciam

Nonum genus ritmorum est quando rithmus
componitur ex decem dictionibus ut in hoc
exemplo In die nativitatis domini nostri que tria
ista sunt nobis collata videlicet

Optima iocunditas amore erectiva
sponsus regis conna plena est leticia

Proxima nativitas destructore generativa
deus instans demonstravit nulla est notitia

Maxima benignitas electorum reductiva
probus salvans destinavit summa est clementia

Pluralitas autem dictionum non est pro
cedendum in rithmis propter prolixitatem
tamen quia sunt in usu tales rithmi
ut apparet in sermonibus qui alterius fiunt

Decimum genus ritmorum est quando sermocina
tor in 2a parte rithmi conatur erigere animos
auditorum ad considerationem eorum que ex parte
parte continentur ut patet in hoc exemplo videlicet

Colens aliqui singularis gignunt libationem
obscenis respirante

Vates ubi dialis premunt consolationem
obsceno adiutorie

~~Undecimum genus~~ Vires claustri ex
ymalibus sermunt beationem obs
cenis sui capite

Undecimum genus ritmorum est quando
in secunda parte rithmi reddit causam prime
partis eiusdem rithmi ut in hoc exemplo
Iustus quibus sermo ope ut supra etc.

Animum dirigens | Subtilitatis
debet ad deum revertere | Validitatis
Cunctaque despicere | Est salubritatis

Duodecimum et ultimum genus ritmorum
quando pertinet ad hoc operis quod est prima

pte ritimi ad inserviendum in secunda parte
per modum gnē ut in hoc capitulo Qui michi
ministrat me sequatur et ubi sum
ibi sit et minister meus Johannis 20

In quibus verbis

Aliquid promittitur quod est amoris — principians
Aliquid stringitur quod est honoris — necessitans
Aliquid promittitur quod est valoris — preciacius

Primum ibi qui michi ministrat

Secundum ibi me sequatur

Tercium ibi et ubi ego sum illic et minister meus

In principio huius tractatus assumpsi et
incipit predicandi graciam ad finem usque perducere
de quo bono et superno et perfecto deo
refero gracias innumerabiles a quo sine
quo nulla natura subsistit, nulla
doctrina consentit, nullus usus expedit
Uno hic habitum integraliter de bono
in vita per felicitatem eterne commodi nobis
concedat qui sine fine vivit et regnat
deus in secula seculorum amen Deo gracias

Incipit ars predicandi per fratrem edita a Reverendo magistro Ffrancisco Eximinenis ordinis minorum qui vetus fuit inde postmodum Barchinone etc.

Sequitur prologus

Jhesus christus totius nature pastor
et pater ac frater dulcissimus ad hoc
inter alia dignatus est ad mundum de
superabilem descendisse ut eterne pre
destinationis [margin: filios virgo et sui efficacissimi meriti et predicacionis professione] tuo suppremo ac doctissime
sanctitatis altissime ad unitatem illam
celestium civium duceret dignissime unita
qui potes perclarissime ineffabiles
sunt precones // Trinitas et licet tamen
eius venerandissima unita qui potes
perclarissime ineffabiles sunt precones
et virtutis eius in predicta doctrina
altissima que toti mundo lumen
veri extitit et lucerna est in hoc opusculo
simpliciter pertractandi ad gloriam et clari
ficationem sue adorande maiestatis et
ad utilitatem animarum per quarum salute
idem fons sapiencie ipsam velud phison

in terra nostre perfunctionis effudit la
tissime ad luculentum aliud sabiti ferrum
mei rudis et pauperculi scriptoris Innuo
tato igitur primitus et principaliter eius sacro
auxilio in processu huius opusculi in
dividendis sit procedam Et primo in hoc car
pessimum agetur de fine christi doctrine
et predicationis communi Secundo de causa
efficiente scilicet de christo predicante qualis debet
esse in se Tercio de forma et modo
quam servare debet Quarto de materia predi
cande que est christi doctrina egregia
superatacta etc.

Prohemium
Incipit tractatus huius artis
Capitulum primum de causa finali predicationis recta

Circa finem predicationis quod est
primum describendum breviter advertendum
quod principalis finis omnium est gloria
dei laus et honor iuxta illud primi Corinthiorum
omnia propter semetipsum fecit deus Unde
est quod predicator verbi dei in sua predicatione
summe debet attendere ad hoc quod gentes
instruantur prudenter et non multum
alte loquendo ad dei excellenciam eius
explicando quoniam deus est omnibus sapiens
dulcis benignus pius clemens verax
patiens omnia videns omnia clare
sciens et de aliis perfectionibus divinis
ut ex hoc moveantur plus populus ad deum
plus honorandum timendum laudandum
et amandum Hoc enim primum debet esse
semper intentum a predicante ut populus qui
predicat populus emendatur et informetur
ad predicta Et predicanti promittit deus
premium eternum ipso dicente Ecclesiastici 24
Qui me elucidant vitam eternam
habebunt Secundo finis predicatoris
est salus populi propter quam de celo descen
dit dei filius humana mortalitate
vestitus et propter quam a principio misit
sanctos suos primo patriarchas secundo
prophetas post ea apostolos et discipulos
eius et post martires et doctores
ut tangit Gregorius in prologo moralium
Et ultimus ordinis maxime omnium
dignitatem qui ad hoc specialiter fuerunt

adeo missi et ab ecclia Romana app
bati et suscepti et errore aliqui con
firmati et magnis privilegiis et gra
ciis dotati quibus omnibus in simul
derivis per dnm nrm qd xpus dixit di
scipulis Cencubus ad hic sacerum
opus elegi vos nequit ut catt et
fructu affectus et fructus vi ma
neat Cum ergo hic sacrum opus sit ex
cunctis excellen quod ut dicunt ill evan
gelic ysa Nisi deus reliquisset nobis
semen sodoma fuissemus et quasi go
morra essemus similes Dignatus est
vos nobis hic sacrum semen relinquere
sue glorie conservare ut vivant inde pa
scantur anime ille quas etualiter
eximia sua caritate disposuit sal
vare Ideo hic servare officium e ita sibi
gratum qd dicit Gregorius in pastorali
nullum vero sacrificium dei omnipotentis mag
satisfacit quam zelus animarum quoniam
zelus multos fervens ostenditur in
predicacione fervida doctrine xpi Hoc
enim sacrum opus consummatur e plene
caritatis qua xpus deum pro omnibus eripi
de servicius mortis et reducere ad sta
bilem salutem xpi hic dicit beatus pe
tri franciscus qd saluti animarum
nihil est preferendum eo quod pro illis
unigenitus dei filius se ipsum exposuit
morti crucis

Ecce fratres huius sacri officii est
sabius et fructus omnis predicantis
que fructus eximie redemptor dominus
quinto Math vo Qui fecerit et docuerit
magnus vocabitur in regno celorum
Et bn magnus est magnus apud
angelos et magnus apud homines
et magnus apud deum Et merito
hic in terris sed maxime premio supra
et in celis Et merito quia quilibet talis
est lux mundi sal terre tuba celestis
preco nuncius angelus tr ostris et tho
celestis qui pro zelo ultimo ingeniose
se offerre offert bonis et malis

intrepide portans contra omne vicium
gladium verbi dei nullius deferens timore
nisi amore xpi quod multo tutius spe
ctare per ancilla xpi cenacale pro inimico
in patria eo qd pro incommutabili in
sancta constantius bellavit hic in via Sed
sunt quomodo multi multo superbie et vane
glorie inflati inutiles verbi dei qui
in suis ventosis predicacionibus ullum
fructu depredicius intendunt Sed potius
repugnanter sui gloriam famam graciam
et honore Et obliti conceptus verbi
dei et miserabilium audiencium qui vult
se ad vana picta rimata et rethorice
ornata quibus quingentos pro sui maiori
ostentacione dicta quadrivii et arisme
trice geometrie astrologie et musice
licet sepius illa ignorent que dicunt
Aliqui dubia et vanae pluries vanis
sine penetrent ymo sepe usque ad celu
caput inveniunt extollentes loyicali
populo proponunt et adducunt theologia ab
sis contingibilia penitus statim Et quia
isti quasi dracones attrahentes conspa
tiabilem ocium ventus abstractos angelico
officio predicantes noluerunt in aliquo fine
predicatorum deum habere devocionem et timore
eius curam se Ideo tradidit illos deus
sepius ut dicit apostolus ad Ro. j.o
in reprobum sensum ut faciant que non
conveniunt repletos omni iniquitate malicia
fornicacione avaricia nequicia plenos
nequicia invidia dolo malignitate
ut sunt susurrones detractores deo odi
biles contumeliosos superbos elatos
inspiciendos et incompositos sine fide et
sine federe et sine misericordia Dicentes
et credentes se esse aliis sapienciores
stulti facti sunt et aliis contemptibiles
Et merito quia mutaverunt gloriam dei in
gloriam propriam et utilitatem verbi et permanentem
mentem sui et proximi in gloriam caducam
dominis agitatam et fracte a vento glorie
secularis Tales enim sic predicando
peccant mortaliter contra quos doctrina xpi
clamat ad suum fontem universalem xpm

semper dominus / Deus meus pone illos
ut rotam et sicut stipulam ante faciem
venti qui sic de vento delectantur ut de sua
predicatione nullam volunt extra retribu
tionem sed hic affectant aura populi mercedem
suam Sepe videmus in talibus predicatoribus
ventosis quod moriuntur ante tempus suum
et tunc vel perdunt usum lingue vel
alterius organi necessarii ad loquendum
sic quod ut consueti sunt se recordare addunt
ut consuetum est possunt Et de causa
finali hec sufficiant **Capitulum 2m**

**quo tractatur de causa efficiente
predicationis**

Efficiens predicationis sive eregnus
dicitur ipse predicator Qualem et
qualis debet esse ostendit nobis dominus
ysaie 40 ubi sic inquit Super
montem excelsum ascende tu qui
evangelizas syon exalta in fortitudine
vocem tuam qui evangelizas ierusalem
exalta noli timere dic civitatibus iuda
Ecce deus noster Ubi propheta intendit loqui
in formatione predicatori qui evange
lizat et predicat gentibus syon que
interpretatur speculacio et est xpi doctrina
que secundum Gregorium nobis proponitur ut
speculum In qua nostra facta nobis
pulcre conspicimus Et ei adhuc sic loquitur tanquam
illi qui predicat de illa celesti ierusalem id est de
illa celesti civitate que est mater omnium
fidelium nostra Dicit igitur illi sic evangelizanti
credatur requiritur quod sit sciens ad discer
nendum vocare / ad pronunciandum contra vicia / ad
ad operandum / benivolus / ad tradendum sermonem
predicandum / Expedit primo eciam quod ascen
dat super montem excelsum scilicet perfectionis
vite Et notanter dicit excelsum quia necdum
sufficit predicatori doctrine xpi quod sit in
monte perfectionis cuiuscumque / sed requiritur quod
sit in monte perfectionis excelse ut quod sit
pre aliis veracior in sermone / et in sanctitate vite
et quod sit pre aliis humilior / paciencior tracta
bilior et benignior / super omnia amans pau
pertatem / non sit acquisitor rerum secularium ut pro
positus in ventosis / ut non credatur ab au
ditoribus quod predicat propter lucrum sed propter salutem

predicatio Et sicut requiritur quod sit castus
quia ad hanc virtutem et maxime sacerdos
attendere et sine qua est totaliter contempti
bilis omnis sermo ac nocivus dicitur Requiritur
eciam precipue quod talis sit caritativus et affectus
in dei amore / et timore plenus ac pure
et austeritate innixus exemplaris gestibus
vestibus verbis et operibus / sciencijs et
consiliis sanus Et propter hoc expedit quod
talis nulli sit multum familiaris Quia
nimia familiaritas parit contemptum secundum
quod experiencia docet eciam inter seculares
sic est quantumcumque dissimile ad tempus
et causa assignatur / quia nimia fami
liaritate percipiuntur defectus illius quibus
redditur contemptibilis quibus ad videtur Talis
igitur in monte excelso ascendit potest (qui tulit)
secure evangelizare de xpi doctrina al
tissima et de civitate superna invitando
quia dabitur sibi fides ab auditoribus
ymo secure talis per civitatibus villis
et castris et vicis poterit dicere Ecce deus
noster id est dico vobis ista ex parte dei mei
qui misit me ad vos Et ecce tunc omnes
credent illi et facient illi reverenciam quantum
possunt / hec enim est virtus quam predica
tores verbi xpi efficit viri perfecti sicut
tenentur esse / qui eciam hodie reciperent
eos cum equali vel maiori reverencia
quam fecerunt antiquitus

Videntur tamen seculares multos predica
tores sic scandalosos / sic male gestos edifica
tos eos verbis et factis quod mirum est et
specialiter quia dei Et hec inaudibiliter operatur
quia seculares non lapidant eos tanquam
capitales persecutores Isti sunt adeo ma
ledicti et hys specialiter maledictionem eciam
competentem est sancti perhuiusmodi
sunt de suo statu tanquam illis qui predicant
xpi doctrine quantum in se est reddunt contem
ptibile toti mundo Quia sicut dicit
Gregorius Cuius vita despicitur restat ut
eius sermo vel predicatio contempnatur
hys dicit apostolus corde tunc te ipsum
verbum dei de istis est sicut margarite
ante porcos et sicut mittere canes quibus
comminatur deus psalmo 49 peccatori autem
dixit deus quare tu enarras iusticias
meas et assumis testamentum meum
per os tuum / tu vero odisti disciplinam
proiecisti eos retrorsum / postmodum quod dicit
arguam te et statuam contra faciem tuam
id est te arguendo sic hoc firmabo istud

spaliter contra fratrem confitetur tunc adducendo
iudicium dampnationis tibi te. Nam tu
sic vivendo iudicas temetipsum ad eternam
mortem. Ad Romanos 2° capitulo scribitur qui ergo
alium doces teipsum non doces qui predicas
non furandum furaris. Qui predicas non mechandum
mecharis. In quo enim alium iudicas teipsum
condempnas et in eo condempnandus es. Et quo
tu mala vita infirmas illa licet sint plus
celestis que Christi doctrina sacratissima que sancti
data est morte et sanguine eius ac sanctorum
martirum qui ipsius et tanta veritate
se libentissime morti dederunt. Unde Gregorius
multis magis doctrina quam confirmat illi
sic quod confirmat nullius maiore honore
dei tollerat quod ipsum qui alte predicat
et male vivit. Talis enim male credit
se non credere quod docet. Ideo predicator
ubi dicit magister Augustinus consulit sic vitam
suam et famam custodiat specialiter propter
doctrine Christi reverentiam ut ipsa in cordibus
audiencium fructificet et non erubescat
detractoribus laudatoribus. Et nota quod maior
est gradus in fide quam virtus. Ideo apostoli
et capitula sunt maiores quam Christus ideo dicit
apostolus 1 Corinthiis pedagogi inter nos magis
contemptapater etc. Sequitur tertium capitulum
in quo tractatur de forma predicationis
et dividitur in septem capitula de predi
catione quam debet servare predicator
in sermone. Primum capitulum de bre
vitate sermonis etc.

Forma autem ordinate predicationis
quod est principale tamen hic distincte
dum hic exigit scriptura videlicet ut
predicatio sibi omnium fiat

Brevissime	moraliter
ferventissime	prudenter
speciose	ordinate
devote	

Primo non predicatio dicitur sit brevissime
admonitionem summi capitis nostri domini
Ihesu Christi qui dans nobis formam
predicandi verbum fecit abbreviatum predi
cando super terram. Et ad hoc specialiter instruit
beatus Franciscus fratres suos in regula
ut predicent cum brevitate sermonis. Ideo
sit minor viciosus in prolixitate sermonis
et aliis predicatoribus debet dicitur et utilius
patet.

Secundo ratio quia quanto sermo est brevior
tanto plus fructificat audientibus
et plus possunt portare secum. Ideo dicit Christus
apostolis: multa alia habeo vobis dicere sed non
potestis portare modo.

Tertio quia predicans potest ferventius et re
tentius et frequentius predicare etiam si
expediat eadem die si breviter loquatur
et minus lassabitur in persona.

Quarto si predicator pauca dicat in pre
dicando tanto prosperior erit ad sepius pre
dicandum quia quanto minora dicuntur
tanto restat plura ad dicendum.

Quinto et reciprocatur ad primum quia propter
brevitatem auditores redduntur benivoli
et attenti et libentius alia vice re
veniunt ad predicationem audiendam et avi
dius audiunt que eis dicuntur quemadmodum
[illegible] cibaria que minus sufficiunt
avidius sumuntur.

Sexto quia prolixitas confundit intellectum
auditorum audiencium et loquentis et red
dit indispositum ad omnia supradicta
et per consequens sequitur minor fructus.

Septimo quia brevitas subsistit omnibus
aliis conditionibus predictis quia
brevius predicans potest predicare ferventius
speciosius devocius et de moralitate
potest loqui amplius et dicta potest exami
nare diligentius ex brevitate prudentius
potest quod opus quod predicator breviter amore
ponet verba sua in aliquo certo ordine
ne predictorum ordinis liceat distrahendo
sine ordine sepe eadem repetere vel
propter oblivionem plurima enarrari gau
dent omnia brevitate modum et ponit
plenum scilicet de tribus capitulis. Sequitur
de secunda conditione quam predicator
debet servare in predicando scilicet quod
loquatur ferventissime

Secundo dixi quod debet predicator loqui
ferventissime et hoc ut magis im
primat quod dicat. Unde loquentes tepide
et remisse quantumcumque bona dicant
tamen non movent corda audiencium. Omnis
enim dei cultus debet procedere ex animo
toto et per consequens debet esse totus igniteus
et fervens. Unde ignea figura iubet lex levitici
6°. Ignis semper sit in altari. Idest
fervor in corde fervientis domino. Ad Romanos

xxiio. Sapientes ferventes dum sentientes quod
maxime conveniat illi qui a deo legatus
est populis qui tam preciosa dei munera
eius pro honore veritatis quam denunciat et pro
utilitate sua et aliorum quibus loquitur
debet se ostendere fervidum et ignitum. De
Appollo scribitur Actuum xviiio quod fervens spiritu
loquebatur ea que erant ihesu. Et de Helia
quod videbatur verbum illius quasi facula
ardens. Et de Johanne baptista quod venit in
spiritu et virtute helye parare deo plebem
perfectam. Talis enim fervens tanto est ma-
ior quanto in corde eius plus caritatis dei
ebullit. Paulus etiam legitur fuisse fer-
ventissimus in predicatione sua et omnes
martires et doctores in predicationibus
suis sancti qui fuerunt predicatores verbi
dei. Sunt tamen aliqui valde remissi et te-
pidi in predicationibus suis et ex multis
causis. Nam aliqui sunt remissi natura-
liter flegmatici qui tamen hoc non obstante
debent fervide loqui. Ex quo verba ignea spiritus
sancti evangelii et a spiritu sancto inspirata
habent proferre et ut testimonium eorum sit effica-
cius et a deo acceptius et populo ac sibi utilius.
Aliis enim remissio in dei opere contingit de
istis ex quadam negligencia vel ymo po-
tius voluntaria. Ideo debent sibi timere
ad minus maledictionem que datur eis Jere-
mie xlviiio ubi dicitur Maledictus qui facit opus
dei negligenter. Hoc enim sciat pro certo quod deus
dat copiosa verba et alta predicantibus fer-
vide et in virtute iuxta illud psalmi Dominus
dabit verbum evangelizantibus virtute multa.
Alii sunt remissi ex timore vel amore alicuius
rei temporalis quam formidat perdere si loquantur
acute. Et isti sunt illi canes muti non
audentes latrare qui non habent sanctitatem de
quibus ysaias lvio. Ideo multo requiret deus
animas perditas ab eis iuxta illud Ezech-
iiio ubi dicitur Fili hominis speculato-
rem dedi te domui israel. Et sequitur si illi
annunciaveris verba mea et non converterentur tu
animam tuam liberasti. Si non annunciaveris san-
guinem eius de manu tua requiram. Hec igitur a deo
requiruntur a viro homine predicti intrepide et
ferventer loquente et annunciante verbum.

Sic tamen nota quod iste fervor debet esse prudens
et multa maturitate munitus ut videlicet
illa que habet loqui non excedat limites rationis.

Sed attendat predicator illa que fervide
loquitur ut nullus de populo possit publice lede-
re vel infirmare. Unde sepe ex indiscreto
zelo trahitur ad contumeliam et impugnandum ad
peccata multa. Ideo dicit Petri iiiio Nolite
peregrinari in fervore qui ad temptationem
nobis fit. Sunt temptationem et caritatem in
nobis ipsis videre quante sunt prudencie vel
caritatis. Ideo Bernhardus super cantica Zelus
discretionis absque caritate fervore latet
et fervor vehemens absque discretionis
temperamento precipitat. Ideo fervor discretionem
erigat et discretio fervorem regat. Unde
idem Bernhardus Non habet inimicus callidus hostis
efficacius machinamentum ad tollendam
de corde dilectionem quam si efficere possit
ut in ea incaute et non rationabiliter ambulet.
Ideo dat ipso eius [illegible] optimum consilium
et est istud bone voluntati non semper
credendum est si discretionem eius sunt frenanda
est et regenda vel eius sicut belzebub
in actibus sathana per sathanam
expelli.

Ex quo patet quod fervor in predicatione
necessarius et commendabilis est tamen cum pru-
dentia coniungitur omnino. Nam remissio
autem in predicatore verbi dei et fervor
indiscretus sunt due rote ipsum trahen-
tes ad eternam mortem iuxta illud [illegible]
[illegible] ignem et suffocata a facie vultus
tui peribunt et infra. Quia tales communiter
ex male predicantes perficiuntur magni
peccatores iuxta illud [illegible]. Ideo
ignis habundat in peccatis et mancipantur
[illegible] et sic [illegible] calida quam ignis
ardens per que dicit quod ardentes pre-
dentes regantur prudentia sunt
magni peccatores. Sit igitur predicator
verbi dei prudenter fervens et ferventer
prudens et bene procedet. Sequitur de
tercia conditione qua debet predica-
tor servare in predicando scilicet ut
loquatur spaciose.

Tercio debet loqui spaciose et hoc
ut melius intelligatur. Quod
maxime debent observare illi qui
precipites sunt in verbo et nimis
currentes [illegible]. Cum festinus est pe-
dibus offendit quod sicut ambulans

festinant offendit sepe pedem suum
sic qui festinanter loquitur sepe linguam
suam sibi turbat et verba turbat et non
proferuntur clare. Tales enim temporis predicacionis
computat dicendum quia seipsum loquendo
lassat. Et nullus omni verbo suo proficit
ideo esset sibi melius tacere. Aliqui tamen sic
festinant ut multa dicant et ut magis
videantur scientes. Et dicunt quod in sermonibus
est effundenda sciencia et quod ibi non sunt con-
dere quod portat sacculus scaparelli. Porro hoc
est quia vanitas quia sciencia quia contra dei gratiam
ope. Quia macula doctrina christi. Quod
vinus fluus trufator adoudeus (?) se sapientes
simulet et moveat dispicere divinas scripturas
et confundat verborum utilitatis promissa divina
reverencia et utilitate populorum et in toto personali.
O infelix bestia que sic aspirabas ad tuam
laudem et ventum instabilem et subito desi-
stibilem huius seculi ut de patria christi docta
in rei prostituta et fedata. Quid de te
esto faciat tibi scalam et instrumentum
ad ascendendum usque ad pinnaculum al-
titudinis dyabolus usque ad tui summam confusio-
nem et detestabilem horam tibi ignota.
Talis enim miser vere christi semper laus
ultra hic quod peccat mortaliter talis sine
predicando ad ingerit tamen sibi ultra sen-
tenciam dampnacionis, tamen eo quod sic deo aufert
gloriam et proximo fructum et sibi propter
ventum mundanum. Pauca igitur dicat
et illa spaciosius et intelligibilius
quia pauci populo apte scribendum quod medi-
cum dicit et bonum sumere nichil non est bo-
num sed ad sufficienciam. Sed et ut dominus eloquium
sunt simul predicanda multa. Sed
pauca et illa bene examinata diserte
ut predicatori proficiat et eciam auditori.

Sequitur de quarta condicione qua debet
predicator firmare in predicando
scilicet quod predicet devote recta.

Oporteat debet predicator christi loqui
devote ut videatur homo spiritualis
in gestibus et in verbis et non
secularis et proferre verba non
inania ut res digna. Sed gracia spiritus
sancti plena medullas cordium pe-
netrancia audiencium corda convertat
in admiracionem et stuporem. Predicator
enim divinus debet apparere quasi homo
alterius seculi qui tam facto quam verbo
omnes intendit trahere ad salutem. Propter quod
expedit ne predicator dicat ante sermonem
vel post sermonem loquatur cum aliquibus qui
audituri sunt sermonem sed moram interpo-
nat magnam et notabilem ut verba sua
non audiantur propter nisi de predicatorum. Fo-
ret enim verba sacri eloquii prolata
per os multorum familiaritate propter tanstes (?)
sine predictas. Et necnon hoc docet nos de
sermone verbi dei ymmo eciam de missa et
generali de omni tempore divino et alto contem-
platione. Cum infelices et infeliciter predicantes
sunt verbis et gestibus ostendunt se esse
penitus seculares et homines nullius
religionis. Extendunt enim brachia et
ostendunt illa bene ornata et non multum
paupertati annexa ad scandalum videncium
ea. Clamant enim subridendo vel aliter
fingendo sic affectus eorum dicunt et non
sunt tanquam iussimi et magis filatores
cute et bithizoqueri (?) magni et laute
comedentes et bibentes et splendide
induti. Quod tamen sine omni verecundia semper
predicant contra luxuriam et gulam et divi-
cias ad magnam commendam vultus sui
et grandem contemptum predicacionis sue. Quia
populus videns contraria vite illorum negligunt
committentes verba dei que omnibus sufficit
eciam per quamque ardua omni tempore indiget
verba mediatoris sicut fabulas et truffas
confictas ab ipsis vel ad meditaciones
propter quam predicacionem mirabilem verba
dei fedantes venit plaga dei obcecans
oculos mentales eorum et perducens
eos ad mortem. Et multa quam necnon
dicunt sic offendunt ymmo et populum ad
mediatorem sunt audienda sic inclinant
quod plus placent tamen de talibus truffis
quam de divinis eloquiis. Propter quod predicatores
et audientes simul involuntarie involvit
divina sentencia ut patet Jeremie v°. 2. et ergo dicit
prophetis predicatoribus mendacium et de populo
verbo libenter audiente. Consequitur enim
populus sic attractus ad verbum sequitur ad mala
peniora clamat illud ysaie xxx°. Loquimini
nobis placencia dicite nobis errores
cum verba que in verbo predicacionis christi

sunt erronea et non perfinamus sed potius
in hiis quasi in verbis lascivie delectamur
Non igitur sic sed devota et sancta devote et
ad devotionem predicemus ne ministerium tam
misterii nobis commissi prophanemus. Sequitur
de quinta conditione quid debet predicator
servare in predicando scilicet quod predicet

Quinto est predicandum moraliter
moraliter vero quia predicatio specialiter
tendit ad corrigendos homines a peccatis
et instruendum eos ad bene agendum. Ideo tota
predicatio principaliori sui parte debet ad mores
ordinari. Ideo posuit beatus Franciscus in
regula sua quod fratres in sua predicatione
annuncient vitia et virtutes penam et gloriam
cum brevitate sermonis. Et designavit
vitia in primo loco quia primo est intendendum
ad hoc quod homines deponant vitia quia vitia
sunt deponenda et vitia sunt predicanda
et vitiosi non sunt signandi propter scandalum
eorum predicantibus et infamiam vitiosi. Et hoc
est expresse preceptum domino Ysaie lviii ubi
precipitur predicatori ubi dicit sic Clama
ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam
et annuncia populo meo scelera eorum et domui
Iacob peccata eorum. Predicator enim evangelicus
est ut medicus. Constat enim quod medicus
in vulnere primo aufert putridum antequam po-
nat unguentum ne morbus fiat deterior.
Sic in proposito evangelicus predicator debet primo
peccata tergere per correctionem sue malitie
et [illegible] penam antequam loquatur de sta-
tu virtuali ut de premio regni. Et propter
hoc dictum est a domino Ieremie misso ad pre-
dicandum ut patet Ieremie primo Constitui te
ut evellas et destruas edifices et plantes
Ecce quod hic destructionem et plantationem
virtutum debet precedere evulsionem peccatorum. Vitiis
autem impugnatis potest suaderi plantatio
contraria virtutum sicut consuevit in [illegible]
in sermonibus latius continetur. Sic patet igitur
documentum predicatori evangelico quod principaliter
intendere ad moralia et postea ad penam et
gloriam. Alias credas michi quod semper erit sermo
insipidus populo quantumcumque dictis et verbis
aliis sit adornatus. Addite hic quod licet
predicatori morali sit necessarium ad bene
et utiliter predicandum et ad finem vere predicationis
tamen non semper moralitas est bona ubicumque
nec a quocumque. Nam predicare moraliter
contra prelatos et prepositos et regentes
mundum et vitiatos eorum non est bonum
coram populo quia est periculum commovendi
et suscitandi populum contra eos. Sed vitia
eorum dum dicantur ad partem familiariter vel
saltem quando eis licet ea quecumque
vitia debent dici a quocumque. Nam predicator
invenit non debet consuetudo loqui de peccatis
occultis in publico quantumcumque sit nudius
eo quod minus crederetur ei propter [illegible]
nec etiam peccata occulta sive in profunde
malitie vel nimium execrabilia omnino non debent
publice predicari ne addiscantur potius ab
illis qui tam horrenda ignorant. Sed
tamen necesse est illa dicere sufficit per
generalia ex proximo et superficialiter vel
magis extendendo sermonem ad penam
illius peccati quam ad eorum circumstantias vel
modos peccandi. Predicator ergo evangelicus
talis studeat quod nunquam predicet
quin populus aliquid ab eo utile et nobile
reportet pro directione vite sue. De hac
materia dicuntur aliqua in capitulo de [illegible]
[illegible] etc. Sequitur de sexta conditione
quam debet servare predicator in
predicando scilicet quod predicet prudenter

Sexto evangelicus predicator predicet
prudenter ut dicit Gregorius
in suo pastorali distribuat eorum
auditoribus pro eorum captu secundum
eorum conditionem et statum. Unde aliter
est predicandum nobilibus aliter mercato-
ribus aliter rusticis aliter civibus aliter
marinis et aliter militibus aliter ho-
minibus aliter mulieribus aliter
fidelibus aliter infidelibus aliter pueris
aliter senibus aliter simplicibus aliter
dissolutis et talibus in statu suo.
Sed aliter est predicandum cum predicatur de
dominica aliter cum predicatur de festo. Cum
enim de dominica agitur recitanda est hy-
storia evangelii et aliquid supra
addendum modis superius designatis.
Si autem de festo aliqua predicentur
tunc vita sancti est dicenda saltem principaliter
eius vel aliquo [illegible] modis consuetis
in sermonibus annotatis et ut plus
moveantur corda audientium et maior
fructus in omni sermone fiat tam vite
sanctorum quam evangeliorum hystorie que-
cumque allegantur sive sancto allegata

Circa finem quodcumque tractetur finaliter trahatur ad mores. Habet enim doctrina eorum precedentibus, scilicet quod de omni quod tractatur habeatur aliqua utilitas spiritualis, ymmo dicit magnus philosophus Socrates quod est circa totam philosophiam theorice et inflectere ad mores.

Interrogatus semel quidam peritus theologus quid agere debeat sermocinans prudens predicator ut predicet preciosus utiliter et sit domino gratus et populo. Respondit sermocinare [?] ... italia.

Nunquam suspecta aut aliquas novas predictas ne habeas illa renovare quam sensibiliter aut in predicatione deficere.

Cum gravitate semper loquaris ut dei verbum honoretur et ponderetur et ipse qui te misit deus in tuis verbis etiam amplius timeatur.

Non predices si sis indispositus naturaliter sicut sunt elingues vel impediti morbo ne derisionem reddas eis sermone et ne ostendas tentum et ambicionem.

Nullo tamen modo predices crapulatus seu honustus ne te confundas et verbum dei exponatur ludibrio.

Cum dispositus fueris sermocinari fac quod maxime si videris te facere fructum quia tibi preceptum est: Clama ne cesses. Tamen quia preciosum renovatis de quo ad te queret deus specialiter in morte, dicto stilo te supponas. Sed si que deus separabit vel scandala inveneris et multa pericula timentes ut sermo dei sit preciosus dure censura et negocia secularium fuge ut mortem.

Cum generaliter incipies moralia doctrine statim ad spiritualia ascende secundum status et personas. Nichil enim prodest loqui contra avariciam, nisi statim descendas ad fructum vel simoniam ludorum vel aliquam speciem vel casum tangentes aliquos qui sunt ibi.

Verba que habes predicare sint casta et utilia, vera, non ficta, non vana, non tenue varia, nec personam in singulari vocantia, nec simulata vel duplicia, nec proposito mundo adulatoria, vel ad desperationem inducentia, nec etiam ad spem malam agere. Dicit sanctus beatus Franciscus precipit fratribus suis ut in predicatione quam faciunt sint casta et examinata eorum eloquia.

Antequam predices ora humiliter ad patrem ut per verbum incarnati dignetur tuum preservare ab omni errore et ad faciat ad suam gloriam tradere in terram bonam ut det sibi fructum gratum. Petas etiam ad beatam virginem confidenter recurre et ad sanctum angelum custodem et ad aliquem sanctum vel sanctam tibi specialem.

Antequam predices humiliter petas benedictionem a sacerdote.

Postea in predicatorio signa tibi frontem, os, pectus signum crucis dando et Verbum caro factum est et habitabit in nobis dic. Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram, et dices pro populo: Sancte deus det nobis suam pacem.

Caput semper predicando discoopertum habeas propter reverenciam verbi dei.

Manus tuas manicis populo nudas ostendas.

Nunquam oculum in aliquem figas.

Equaliter ad omnem partem te gires.

Verba gestibus correspondeant ut leta dicantur letanter et tristia tristi vultu et terribilia facie terribili et gaudia celestia gestibus plenis exultationibus promantur et cum efficacia et dulci vocis voce semper.

Post sermonem non te misceas aliis sed ad adorandum vadas gracias agendo deo qui fecit tibi graciam exequendi opus tante excellencie.

Roges ut ad sui honorem transeat et fructificet auditoribus et omnis vana gloria abscedat, ne regnum eternum meritum perdas propter vanam mundi auram.

Si te de tuo sermone perceperis laudari ab aliquo subito mente viciam vel ab eo recede. Vana enim gloria serpens est callidissimus qui subito et dulciter intrat et nisi cito cruciatur non recedet nisi cum illis ~~recordeat~~ mordeat et aufferat quod interius aggregasti etc.

Corpus sermonis semper teneas concatenatum familiare et dulcem ut sis prom-
ptior omni tempore ad praedicandum. Ubi habe-
re possis specialem amicum cum quo de tuo ser-
mone conferre possis, seorsum quaere ab
illo corrigi et informari in quibus
defectus praedicando.

Non pudeat tono praedicantis loquaris
vel nimis alte vel submisse, licet ea
quae sunt maioris ponderis vel maioris
periculi possunt cum maiori clamore
dici, ut vox etiam tua errore faciat ma-
teriam magis credibilem de qua tunc lo-
queris praedicando, ut dignior et altior
sit minister verbi dei per linguam patuit
nobis expressus sicut per Christum.

Semper caveas ab omni vitio linguae
et plenam extra praedicationem diligas
sicut propriam vitam.

Numquam stabilem etiam teneas nec aliquid
teneas dicere sicut silva vel diminuta.
Sed illud sequaris quod spiritus sanctus mi-
nistravit vel quod prius ars te docuit.

Nichilominus alia sana doctrina semper me-
liora praedices in principio et in fine. Sed non
sufficit providere hic et ibi, saltem meliora
per finem sermonis meliora reserva.

Numquam incipiendo loqui in sermone lau-
des auditores sicut multi dicunt dilectis-
simi et dulces, populus dei vel bona gens
vel domini boni. Sed quasi hic omnia suffi-
cienter per illud quod tenuisti statim inci-
pias omnino praemissa nomine gentium (?)
te erumpas in verbum aliud vel quodcumque
aliud quod deus tibi ministrabit.

Numquam competentiam materiae proponere dicas
vel figuram vel aliam figuram probes.

Numquam aliquem praedicantem fugias nec
contempnas propter ipsum a quo missus est;
deus dabit tibi gratiam ampliorem.

Ubi ante sermone aliquo habeas recede-
re, numquam in medio recedas ut alios non
provoces ad contemptum, sed in principio vel ante
sermonem capta ydonea simulatione rece-
das. Etiam quos audire non placet libenter
audias propter reverentiam verbi dei.

Sunt contempti coram eo qui corpus [illegible]
pedibus calcat, sicut in decretis. Perfecti etiam
indevotos verbis ad audiendum inducas.

Si donum praedicandi suscepisti, noli esse
sine metu qualiter coram districto iudice
irreprehensibilis in hac vita. Queret
enim deus abs te de hoc tamquam de dono
magno sicut tibi ad magna concesso.

Numquam praedicatori evangelico detrahas
nec eius libenter audias detractores,
et maiorem gratiam apud deum acquires.

Si quis praedicando defecerit verbis aut
gestu, seorsum illum caritative corri-
gas quasi fratrem.

Si haeresim ignorans praedicet statim re-
vocet, numquam sit publice reprehensus.

Nullum fidelem sermonem contempnas propter
ignorantiam praedicantis. Nam et deus non
arguit Balaam prophetam et in volatilibus
avis est vilissima quia tamen ceteris vola-
tilibus dat dulciora.

Omni tempore tarde simplicia et humili at-
tentione te ingeras ad audiendum verbum
dei sermonem. Hoc enim facere libenter
coniectura est hominis praedestinati. Iohannis VIII
legimus: Qui ex deo est verba dei audit.
Propterea vos non auditis quia ex deo non
estis.

Semper praedicare dubia [illegible] deo
[illegible] meliorem quia si vis tibi fieri
hoc non intendo.

Non praedices pro temporali mercede quia non
est praedicandum ut habeamus victum secundum
apostolum sed potius e contrario. Non enim propter
quamcumque mercedem temporalem est praedicandum
sed propter fines praemissos. Et tunc
deus de altario vivere debet vel aliunde
victum et vestitum praedicanti quia ipse
dixit quod non est alligandum os bovi
triturantis praedicator praedicanti. Sed qui enim propter
mercedem cuiuscumque temporalis quaestus prae-
dicat principaliter non est dignus mercede
aeterna quia est tantae pravitatis quod fruitur
utendis et utitur fruendis. Tale enim
lucrum turpissimum est et contra finem
evangelicae praedicationis de directo di-
centis domino: quod gratis accepistis gratis date. Et

Dettor enim quidam nostri temporis
dans formam predicandi evangelii
predicatoribus sic incipit in quodam
suo tractatu de ista materia
Audite tu predicator verbi dei ad verba ce
demptoris nostri clamat xxiiij° ubi ondit
qualis esse non debeas et qualis esse te
neris dicit enim Super kathedram
moysi sederunt scribe et pharisei omnia
ergo quecumque dixerint vobis servate et
facite secundum opera eorum nolite facere Alligant
enim onera gravia et importabilia
et imponunt in humeros hominum digito
autem suo nolunt ea movere omnia enim
opera sua faciunt ut videantur ab homini
bus dilatant enim philateria sua et
magnificant fimbrias amant autem primos
recubitus in cenis et primas cathe
dras in synagogis et salutationes
in foro et vocari ab omnibus rabi
vos autem nolite vocari rabi unus enim
est magister vester
Attende inquit iste doctor frater
qui predicas verba dei ad hanc sa
lutiferam doctrinam verbi patris et vide
quibus confunde tibi subiciat auditores
non permittit spiritualiter per eos super cathe
dram idest dignitatem predicationis que
magnitudine est in celesti sedes statim
prolocutus dei et tenetur facere et servare
ea de sacra catedra idest de christi doctrina
que predicas illius lege tuere imperiali
statutum est ut qui sacr dei verbum predicati
onem populo consultam pena capitali
puniatur
Ecce audisti tuam dignitatem audi
igitur tuam ignominiam/ iubet enim ea
que dicunt populo suo tum verbis humilia
et subditis ut si qualiter sunt de vita
eorum opera tua non faciat
O quam turpis dissonancia ut
lingua predicatoris sit consimilis
maior quam enim omnis/ immo ma
ius enim. sic recte operationes non
apparent in multis quorum lingua
et fama verbi se extenditur usque ad
fines orbis/ Recte tales non vocatur
homo in die iudicii dei sed potius
chimera et merito quia non portat faciem
hominis sed bestie unquam in se
Et si vis audire mala tua que nunquam
venies et alter predicatus attende quam
proponit vitam angelicam qui tua opera
nominat et tibi similia/ Alligant enim
onera gravia et importabilia et im
ponunt humeris hominum digito autem
suo nolunt movere ea
Videns et quis cogitare sufficiat
operationes onera terrenda et horri
bilia que predicator vel bonus allegat
super peccata hominum qui predicat verbum dei et quas
volebit inclinare se ad primas forte
per criminacionem fortes et dictiones quas inpo
nunt confessionibus dant confitentibus
sibi tamquam crudeles et indiscreti indu
centes animas hominum ad bolem desperatio
Sed audi quam sit ypocritali veneno in
fecta quia talia onera volunt imponere
suis pro peccatis suis clamantibus usque
ad celum interdum qui forte nunquam pro
peccatis suis in crimine fleverunt semel nec
fecerunt unquam aliquod ieiunium notabile nec
afflictionem ut aliquam penitentiam totaliter
nec mirum quia sunt desperati de regno
ea que faciunt et dicunt totum operantur
ut videantur ab hominibus
Infelices qui penitentiam querere tantum
predicant lucrum et gaudium
Inquit doctor vanitas vanitatum et
omnia sunt vanitates quia homines
sunt parati perdere gloriam huius presentis
vanam et receptivam ab hominibus quam
adeo pro celum
Cave igitur frater ne scis demum istorum infe
licium qui incedens eterna non querunt
sed fugacem putem
Vide deus et quanta arte et studio perquirit
predicti isti homines admirationem nam sequitur
dilatant philateria sua et magnificant
fimbrias quia predicates magis et
pomposi homines seculi tempus ad apparendum

amplioris gratiam laude et favore
hominum sine omni verecundia coram hominibus
se iactant de scientia de lingua de consiliis
de favore populi ymmo aliqui de amicitia
magnatum coram quibus libentius
et sine fructu predicant quam coram populo
ymmo aliqui si sint de remotis se iactabunt
de genere et expandunt alas suas
usque ad celum dicentes se posse omnia
faciunt magnificant et fimbriant idest suos
status regulantes et suas religiones
et statuta et suas cerimonias quibus
quibus pro sunt ut plurimum ignorantes
et inexperti et totaliter contrarii obscurare
illorum volunt tamen ut obstinatoribus veri
et sancti habere gloriam nominis et famam
elationes pessime quia solo usurpant
honores et deo gloriam et sibi eternam
vitam et tamquam homicide sibi necant
istis modis mortem eternam et quod totum
hoc faciant ad ostentationem et ad gloriam
mundi ostendit primus redemptor pacta
sequentes

Primus est quia predicatores dilatatores
et magnificatores volunt bene vestiri et
honorabiliter et pompose incedunt primos
accubitus in cenis non curant contenti
de inferioribus aut de mediis accubitis
sed volunt primos quia ibi excellentius in
sedetur et honorabilius

Alvarus enim in summa sua tangens
istam materiam sic ait

Audeo dicere coram deo et hominibus
quod numquam vidi doctorem aliquem magnum
et famosum et verbosum predicatorem
ubi deum esse amatorem paupertatis nec
austeritatis nec paupertatis nec caritatis
aut pietatis sed potius superbie divitie
gule malicie et [illegible] [illegible] hoc
ille [illegible] [illegible] palmatoribus
[illegible] ad [illegible] amant primas kathedras
in sinagogis ubi auditur superbia
cardinalis explicata faciunt scilicet quod
coram eum etiam ubi est domus dei velut
quod appareat superbia sua volunt preferri
aliis quibuscumque sequitur expresse amor
vanitatis quia volunt salutationes in foro

Primum tamen predicator ubi numquam pro sua
tussire debet vicos et plateas et thea-
tra publica debet omnino vitare et spe-
ctacula sicut ecclesia precipit nisi sibi
foret necesse predicare. Ubi igitur gloriam
salutationis et reverentie requirere
signum est profunde vanitatis contra illa
et vide quod tanta est hec vanitas in
istis ut necdum volunt quod eis reverentia
exhibeatur gestu et visu ymmo etiam audicione
volunt ibi vocari rabi cum appetitu
inordinatus tanti nominis reddit eos
vanissimos apud deum. Isti credunt
non exprimunt consequentur quod talem con-
cupiscentiam non habeant. Dicit vobis autem
nolite vocari rabi idest nolite habere
ad tale nomen concupiscentiam nimis in
ferventem et ardentem ne cadatis in
confusionem eternam sicut isti quibus di-
cetur Ite maledicti in ignem eternum nec
valebit coram iustitia hec contrudentes
[illegible] ne in nomine tuo predicavimus et co-
rum tamen tot ad te contra dicet dominus
Amen dico vobis nescio vos et hec
[illegible] legi [illegible] consequenter ymmo nolui

**Sequitur de septima condicione qua
debet finare predicator in predicando
scilicet quod predicet ordinate**

Septimo omnibus optionibus sine
stulta [illegible] et predicator [illegible]
debet ordinare loqui non confuse
et involute ne confundat se
et suos impediat auditores. Or-
do autem continet summarie tres partes

Prima — intelligentiam
Secunda — innuit — memoriam
Tertia — studium et linguam

Nam si ordinate vis procedere ad
indagandum circa quam materiam predicandam
debet uti sequentibus regulis

Prima est hec Si queras quid pre-
dicabile vertere ad causas. Cause
autem generaliter secundum philosophum et philosophos
assignantur quatuor scilicet finalis effi-
ciens formalis et materialis

Si ergo vis predicare de caritate vide
quid sit finis eius et videbis quod dili
gere deum et proximum. Si queris quid sit
causa efficiens eius et videbis quod deus
active et alia vita bona est tamquam agen
tibus. Tercio si queritur quid sit formalis
causa seu modus eius videbis quod di
ligere. Quarto si queris que sit materia
eius sive entitas eius videbis quod una
qualitas summa prestancior ceteris in sancta
anima. Ex hiis quatuor si dilatare
volueris quodlibet istorum quatuor isto ordine
dato poteris procedere diffuse et copiose.
Secunda regula est ista. Ad copiosiorem
materiam habendam ad predicandum considera
positum ordine prophetas vises. Verbi gratia
locus sanctum tempus numerus nomen. Hiis in
sacra scriptura figura continentur. Primo
si materiam vis trahere et invenire considera
illam per aliquam similitudinem rei
corporalis ad spiritualem. Ut si vis de tem
plo trahere secundum aliquam ad propositum
videbis quod templum materiale significat
spiritualem scilicet animam bene ornatam. Secundum
est primo ut david sicut homicida inscius
sicut patet in sua nominis interpretatione
Rutpita cum pulcer facie et fortis
manibus. Locus est eciam ad idem
nam mons significat perfectionem iusticie
vite effectum ut ymolacio abrahe
de ysaac filio suo significat quod quilibet
debet deo ymolare quod carius habet.
Numerus eciam est significativus ut binarius
caritatem quaternarius firmitatem
et septenarius universitatem. Nomen eciam
tunc significativum patet hec per se in diffinicione
vel nominis interpretacionem. Tempus eciam
significat ut dicit gratiam nox penam.
Tercia regula est quod si ordinate vis
procedere in predicando ut ait hec apud
materie reducere ad dilatacionem que fit
per quinque puncta sequencia. Si vis con
probare aliquid ut quod parentes sunt
honorandi statim prompte adduc
tres probaciones et ordine eas ordine

sequente adduc ergo ad propositum pro auctoritate
biblie unam vel plures vocales ultra
leges vincibus est vel reales. Et magis auro
rum et utilius auditoribus sibi pro
adduci figure sacre scripture et exposi
ad propositum. Tercio originalia sanctorum. Tercio
rerum naturalem sive experiencias communiter
dissitatas. Quarto similia rerum apparencium
naturalium sive aliarum approbata. Quinto
hystorias certas et sanctorum approbata predicatorum
de quibus dicit Gregorius quod plus movent
exempla quam verba et dilataciones sufficiant
pro omnium theologie predicatoribus sunt
multi huius temporis intendentes peritis
doctrinis et semper addiscentes et
numquam ad veritatem provenientes vel doctrine
ad invenire dilataciones ad curiositates
tres ultra premissas. Nam aliqui se
dilatant per canones et per leges que
omnia sunt impertinencia predicationi evan
gelico et multum vana ad alligandum.
Alii se dilatant per dicta philosophorum et ubi
proferantur eorum moralia et non doctrina
approbans. Alii per poetica vel ficta et
tales fabulas detestantur hec audito
res non fiant de illis cum quos aptius
dicit ad fablas autem convertuntur. Alii per
novitates novas et hoc est temerarium
nam dubitatur et ideo non debent proponi
publice propter reverenciam divini verbi. Et plus
Alii per per consuetudines et per modos
approbatos communem et hoc non est malum
nisi alia premissa meliora superius
non suffragentur.
Quarta regula continet in omni proposito
si vis ordinate invenire materiam cogita
illi ad quod non sequatur et concomitancia qui
bus queritur et quomodo tamen que inde sequuntur.
Verbi gracia. Si vis disputare de viro beato
beatus vir qui non abiit in consilio impiorum
cogita primo quod sequatur tibi quod sit beatus
et videbis quod ex omnibus istis amicabis
primo quod nullus tibi qui non abiit de con
silio impiorum est peccator et per hunc beatus
secundo quia nullus tibi oditur adeo et per
hunc beatitudine ista que est in via. Tercio quia
omnis tibi est in caritate et per quam

est beatus. Quarto quia in omni tali est promissa beatitudo eterna et per consequens est beatus et de multis aliis auctoritatibus. Omnibus dimissis vide continuantiam. Nunc enim commendatur istum virum tripliciter. Primo talis odit malos. Secundo talis curat de anima sua. Tertio talis placet deo. Quarto talis implet mandata. Tertio per eadem que sequuntur recurre. Primo quia si talis perseverat salvabitur. Secundo quia talis erit maximus apud deum respectu aliorum. Tertio quia talis placet angelis dei. Quarto quia talis est prudens et iustus. Quinto primus quia non abiit in consilio impiorum.

Quinta regula quod si vis invenire prompte materiam ad predicandum sive dilatare ipsam recurre ad opposita. Verbi gratia volo dilatare materiam castitatis videndo quod hec virtus est maxima dignitas. Tunc debes recurrere ad eius oppositum et ad gloriam eius et malitiam oppositi commendare propositum ut dicendo hec castitas est maxima virtus. Secundo probatur attendendo ad carnales qui sunt vilissimi et horribiles. Sunt fetentes in nomine et hec odorifera et dans famam magnam. Sunt gulosi et hec est filia [illegible]. Sunt vecordes et hec etiam similes facit audaces. Verbi gratia secundum [illegible] virtus est castitas. Si vis etiam recurre ad esse repugnans castitati per tale repugnans potes commendare propositum ut predicto.

Sexta regula est hec. Si vis ordinate invenire materiam predicandam recurre ad ordines sibi [illegible] quia volens [illegible] stigare predicabilem dic quasi de centro circuli pone thema vel illam materiam de qua vis predicare et per girum circuli ordinate per ordinem decem precepta, articulos fidei, dona spiritus sancti, septem beatitudines, quinque sensus corporales, septem opera misericordie, septem virtutes, septem vitia sigillatim. Comparabis materiam dictam de qua vis predicare alicui dictorum de predictis per ordinem secundum concordantiam et repugnantiam vel secundum aliquam similitudinem que tibi occurrerit donec habeas satis ad predicandum. Sub hac regula etiam comprehenditur totus ordo predicamentalis. Nam si super propositam materiam vel thematis queras sub ordine predicabilium de tuo proposito quid est, quale est, quantum, ubi, quando etc. multa materia tibi occurrit. Sub hac regula cadit totus ordo locorum logicalium quorum ordine si procedas ad inveniendum de proposito tuo statim tibi occurret materia infinita et ultra omnis ordo disponendi congruus utilis ad inveniendum materiam circa propositum tuum cadit sub ista regula.

Septima regula que magis est auctoritatis consilium est ista quod volens habere materiam prompte in omni facultate debet recurrere. Primo ad orationem. Unde Augustinus revelat dubia melius quam studium. Secundo ad similes interrogare ut interroget peritum quia humilitatis merito sibi dabitur quod petit. Tertio ad disputationem que disputatio facit ardescere [illegible] que dubitat et aperit intellectum ad alium videndum. Quarto quia alius aperit esse multa respondendo vel arguendo que nescivit quod volebas. Quinto ad vexationem quia vexatio [illegible] dat intellectum studendo frequenter et fervent vel exequendo actum quem exercere habet intellectum et vires omnes hominis totius. Sexto ad liberalem communicationem. Unde quanto liberius aliquis magister [illegible] sermones suos et minus sibi retinet circa ipsum zelum caritatis tanto deus magis committit quod tempore oportuno habeat habundanter materiam ad loquendum. Dicente domino: Date et dabitur vobis.

Secunda species ordinis in qua tractatur de materia que iuvat in memoriam recta

Consequenter dicendum est de secunda specie ordinis scilicet de illa que iuvat memoriam. Ubi nota quod memoria

vero aut hec sit super nomina sive vo
cabula aut super res significatas. Si
sit nomina tunc est difficile recordari
eo quod tunc ista quibus vocabula habet ymagi
nari similitudo aliqua vel figura.
Cum autem debemus recordari rerum tunc
una sola similitudo vel figura suffi
ciabit nobis unam magnam hystoriam
sicut crux Christi significat nobis totam
seriem passionis Christi. Et ymago regis
cum lancea significat triumphum. Item
belli et de aliis. De utraque autem spe
memorandi posuit in simul Aristote
les documentum tale in libro de me
moria et reminiscencia videlicet quod omnis res
memoranda frequenter tenetur eo quod sepe
veniat ante sensus vel coram oculis sive
ad auditum sive ad tactum vel etiam quod sen
ciunda ab uno sensu vel diversis. Nota ta
men quod licet hoc valeat ad memorandum
tamen nisi de tali sensacione propria in re
sensanda ab ordo ubi tamen est multitudo
memorabilium difficile est retinere. Ideo
Ciceronius datur hec talis regula in
speciali pro memoria nominum. Si similiter
nomina debes recordari ordinarie illos
in aliquam viam longam tibi notam
in cuius principio est unus lapis magnus
qui lapis reputabit tibi petrum
qui dicitur apostolus. Secundo cogitabis
in aliqua villa quam tu scis habens
ad dictum lapidem duos se osculantes
qui simul reputabunt tibi paulum
qui significatur per pacem quod tibi
reputant illi duo se osculantes.
Tercio quando ad competentem distanciam
pones arborem magnum qui significat
tibi andream. Quia ista duo voca
bula incipiunt ab eadem sillaba vel si tibi
aliud occurrat magis ydoneum et quod
magis tibi occurrat memorandum an
dream illud pone in tercio loco ut
bartholomeum et cetera quia fuit piscator
vel crucem quia fuit suspensus in cruce

et procedas de aliis apostolis et de qui
buscumque volueris de complexis nominibus
recordari. Secundo nota quod sub isto modo
nominum inplexorum potes comprehendere nomina
innumerabilia. Ut si tibi proferatur magna multi
tudo nominum et queratur a te sub quo
numero fuit prolatum tale nomen. Si de duo
loco loco aliquo vel tercio. Ad hoc ut pro
prompta ad videndum utaris hac arte
sit tibi unum ordinem locorum tibi no
tissimum sicut domus et ecclesia et ordinate
colloca per ymaginacionem in illa serie
numeros incipiendo ab uno usque ad quem
terminum numerum volueris. Ita quod sive illa
loca proferantur ordine retrogrado sive
interrupto sive ordine, scias statim
ad prolacionem nominis cuiuslibet illorum locorum
meditare numerum pro quo stat et recordaberis
de eo. Et tunc si queratur a te in quo loco
positum est tale nomen quod dixi recor
dando de loca ubi collocasti illud
nomen recordaberis de numero quem ibi
ille locus reputat. Hec autem difficile
est aliqualiter. Tamen practica hec magnum
fructum et sine labore potest homo prompte
multa nomina et numeros recordare. Ideo dicit
Tullius in sua arte memorandi quod oportet
bene artificialem memoratum esse ingeniosum
et hoc maxime ut locorum copiam in
venire sciat et bene ordinate et similiter res
prompte invenire inter locum et rem quam
memorandam proponit. Vidi quod unus qui
volebat numeros sine rebus numeratis recor
dari sub proprio nomine hac utebatur
arte. Faciebat enim unam ordinatam
seriem rerum quarum quelibet ex suo nomine
indicabat certum numerum et tunc advertendo
ad rem illam statim habebat numerum in
mente. Ubi gratia per ymaginacionem
lineam rectam a firmamento ad terram. Et in
prima parte huius linee ponebat fir
mamentum quod stabat pro uno quia est
solum unum. In secunda parte huius linee po
nebat luminaria solem et lunam pro
numero dualitatis. Ideo ista duo predicta
luminaria reputant sibi duo et cetera

In tertia parte ponebat quatuor elementa
scilicet ignem aerem et aquam primo terram
In quarta parte ponebat partes quatuor
orbis scilicet occidens oriens austrum
et septentrionem In quinta parte ponebat
unam manum reputante sibi quinquaginta
unum et quintus ex quibus docemus que
in puncto proposito dirigam

Memorare autem res significatas per
nomina per que faciliter accipiendo
sunt pro fundamento ut semper ordinem
memoranda in aliquo ordine recordentur
tandem cum rebus memorandis Sed
cum quod tales ordines possimus faciliter
accipere in civitates

Primo de magnis viis et itineribus notis
Secundo de rebus notis et ordinate situatis
Tertio de domibus magis ornatis et latis
Quarto de corpore humano et membris ordinatis
Quinto de libro proprio in quo studet diversis divisis
Sexto de comparatione expectabili et ibi bene ligatis signatis
Septimo de syllabis quinque vocalibus et vocabulis formatis
Ultimo quando fuerat dictio dat punctum post
et consequenter notatis

Ubi gratia de viis et itineribus Et primo
cogitabo de tuo itinere a Roma usque ad
Sanctum Iacobum et cogitabo 20 civitates
civitates notabiles communiter et magis
famosas quia res quanto est magis sensibilis
bilis et sensibilis et nobilius tanto magis
et fortius imprimitur memorie Et cogitabo
bo tertio eas dissimiles in suis proprietatibus
tatibus quia similitudo et concordantia
proprietatibus in eis tradet multam memoriam
sicut patet ad repetitionem versus quem in concordantia
cordant in eisdem vocabulis Et cogitabo
quarto equedistantes Et cogitabo
quinto ordine dare civitatibus in suis
sitibus ut sunt iste scilicet Roma florentia
Avinio barchinona tarraguista
toletum pisinus et remensis Et cumque
iacobus sint sub una linea recta
ponatur quarto quod sciam mediare octo
mansiones scilicet loquor de clericis de pecunia
de mercatoribus de ponte magno
de burgensibus de oleo de militibus
de apostolis Primo quod ponam rome mansionem
clericorum quia roma est civitas clericorum caput
spirituale eorum et generale totius mundi
Secundo in florentia ponam pecuniam illam per
magnam mansionem de qua debes loqui quia florentia
tia est locus famosus pecunialis Tertio
ponam ianue mansionem mercatorum quia ibi habitant
tant multi mercatores Quarto ponam
avinione mansionem magni pontis quia sicut
ibi est pons famosior quam sit in civitate
Quinto ponam barchinone burgenses quia
ibi sunt burgenses magna hospitia
et magna mansio ut res videantur
magne Sexto ponam terraguiste
oleum quia ibi fit multum Septimo
ponam toleti mansionem militum quia ibi habitant
tant multi milites Ultimo ponam
in sancto Iacobo mansionem apostolorum quia eadem
locus exteriore et nomine sancti Iacobi apostoli
ducunt nos in memoriam apostolorum Et intellectum
lectum orientem res per istam lineam primam
mansionem recordabis de materiis ubi positas
sitas recordando eas res magis
eundo a roma primo ergo incipiendo a sancto
Iacobo et prosequendo usque Roma ordine
retrogrado sicut dictum est de via et itinere
sic eadem potest fieri in rebus notis ordinatis
etiam quando vias sicut 20 dicitur Verbi gratia
Incipias cogitare in celo empireo et descendas
scendas ordinate per omnes speras medias
dias usque ad centrum terre In quolibet celo
intermedio potes collocare aliquid memorabile
rabile sicut primus dictum est de civitatibus
illis Tertio patet de civitatibus domibus
et villis Unde si vis pulcra memorare
cogita diversas partes civitatis vel ville
tibi notas et per vicos et communes vicos
procedas ponendo memorabilia in locis
nobilibus Sicut potest fieri de una magna
ecclesia ut consideres loca eius notabilia et
capellas eius sitas et picturas et distantias
stantias et duas intentiones earum et cum

applicare unum memorabile secundum aliquam
similitudinem et sic discurrendo per praedicta
loca poteris optime recordari de tibi collo-
catis ut si debeas loqui de ista civitate vel
loca istam materiam in altari maiori sed
civitas est maior quam omnes simul. Si
de paupertate ponas hanc per ymaginacionem
in altari beate virginis. Si de contemplacione
in altari sancti Johannis sic de aliis
memorabilibus in suis certis locis et concor-
dantibus cum eis in aliqua similitudine
sicut modo sunt expressum et potes me-
morare. Quarto patet de de corpore humano
incipiendo a pedibus usque ad caput vel
econtra. pedes enim possunt significare tibi rusticos
vel fundamenta domus sicut ipsi pedes
sustinent totum hominem et rustici rem
publicam in labore suo sicut pedes et
plus laborant in corpore humano et
tibie et crura burgenses qui sunt im-
mediate super rusticos. Venter sapientes
peritos rei publice sicut venter nutrit
omnia membra et recipit. brachia milites
quia milites laborant brachiis bellando.
lingua inspectores cum datur loqui. oculi
sapientes quia intendunt et vident
rei publice. aures procuratores quia au-
diunt audire. Caput regens qui est
caput principale in re publica sicut caput
in corpore humano et de aliis. Quinto potes
idem ordinare in libro proprio ubi studes
cogitando quod talis sententia est in tali parte
libri vel in tali et talis adextra pagina
sibi alia a sinistris. talis sententia habet
paragraphum in principio et talis habet litteram
litteram rubeam vel ceruleam in principio seu vel signum
tale vel tale. Sexto quando subito rebus
memorandis non occurrat alius ordo quam
per rectum ordinem reducat ad memoriam
composita unde tunc sunt ordines compo-
nendi quia accipiat ad memorandum partem de cor-
dine prius dicto et partem destruendo
et procedendo de aliis et ubi habet habeas
pro regula quod ubicumque intellectus tuus
potest invenire ordinem ubi habes fundatum
memorandi. quia ordo rerum notus tibi
est et est tibi magister tue memorie.
Et quia infinitis modis intellectus
potest sibi fingere ordines. ideo infinitis
modis potest tibi occurrere materia memorandi
quia etiam supra praedicti capitulo dictum
de ordinamentum potest multum iuvare
memoriam rerum ordinis annexi. sicut
est ordo causare principalium. et ordo
priorum et de aliis ordinibus supradictis.
Secundum quod illud quod dictum est de verbis potest
etiam iuvare ad recordandum materias ver-
bales. ut si vis recordari de titulis
decretalium vel iuris vel quarumcumque ma-
teriarum ibi contentarum facias modo dicto pro-
cedendo per titulis ordinate applicatis
ad loca aliqua determinata.
Nota quod tullius tulius et multi alii
volentes iuvare artificialem memoriam
docuerunt super locis praedictis debere fingi
ymagines memorabilium et commendare
eas locis. Tamen quia hoc habet longum
tractatum de difficultate et quae magis
in recordatione quam magnum sit rerum
collocatarum in eis. ideo modum istum
non applicant moderni huius temporis sed magis
expeditum et facile estimantes illum
qui stat dictum cum proximum dictum
istum sic quidem antiquo per praemisso. Ideo
de isto praemisso nono modo solum curavi
hic loqui.

Septimo quando ex sillabis formatur una dictio
vel unum vocabulum quaelibet sillaba quaelibet est
memorabile alicuius memorandi in sillaba
collocati. Si tibi quia volo recordari de quodam
vocato aurelius et de alio vocato ximus
et de tertio nominato linus et de alio dicto
arnaldus et de alio dicto torquatus. ex
primis sillabis dictorum nominum efficiam istam
dictionem auxiliator. Sic quod prima sillaba
que est au reputabit michi aurelium
et secunda que est xi. ximum. et tertia que
est li. linum. et quarta que est a arnal-
dum. et quinta que est tor. torquatum.
Consimili potest haec regula applicari ad quae-
cumque negocia volumus quia per sillabam
potes recordari de nomine negocii unius
et maxime cum hoc vinimus aliquibus
verbis certis

Practice memoratur aliqua per quatuor
dictorum ut si aliqua negocia habeant
referri faciat quod sermo precedens verbi
sit primum sequentis et unum precedens
introducat te ad secunda verbi gratia
ponatur quod habeas referre quatuor materias scilicet de
celo de aere de igne de terra de aqua et
dicas sic primo loquendum est de celo et
respondendum est quod est nature ignee

Ignis secundo est distinctus qui situatur
iuxta aerem

Aer est vaporosus et habens aliquas con
diciones aque

Aqua est frigida in se et tamen ignis
que sibi coniungit terre

Terra est solida in medio distans [illegible]
[illegible]

Tunc quod sermo precedentis dicti introdu
cit ad secundum et docet sic memorare illud
de quo statim est loquendum

Secundo formatur memoria per recordacionem
situs dicendorum secundum ordinacionem visam
in libro seu exemplari ubi studuerit
rem recordabilem Ideo antiqui formabant
talem modum sicut et hodie multi
formant quia semper in libro ubi stude
bant sermonem suum sive aliam rem re
cordabilem ordinabant dicto ordine
primum lineam rectam ubi [illegible]
notabilis sive capiebat faciebat aliquod
notabile paragraphum vel ad notabile signum
de in transito in margine et illa signa
et signata fortis [illegible]
illa referebat predicando quasi legentes
in libro referebant attendentes ad notabilia
signa que in libris impresserant per que
deducebantur ad memorandum similiter ibi repo
sita Exemplum est quod in ordine sermonum predi
core habet [illegible] hoc modo observare quod
in [illegible] est quod [illegible] et [illegible]
[illegible] observari videlicet quod lineas
quas fecit ad melius memorandum ordine
[illegible] ibi [illegible] facit et [illegible]
in suis [illegible] ad [illegible] labilitati
memorie corde [illegible] populo predicare

Hec species docet componere sermonem
et verba predicanda in aliquo certo
ordine ad quem intellectus [illegible]
seriose quasi legentis in libro donec
predicat memoret et memorando proferat
distincte et distincte quod hic dicit et ex
cludatur apparentie omnis involucio
verbalis et turbatio mentis Habet autem
species ordinis subdividitur per tot mo
dos quos predicatores invenerunt in or
dinando sermones

Aliqui enim ordinant sermones per
modum alicuius contemplacionis portare
in aliquo ordine de [illegible] sic quod totus
sermo istorum stat distinctus aliquam
materiam sub certis punctis

Alii secundo per modum questionis procedentes
primo proponendo [illegible] materiam theo
matis aliquam [illegible] sub aliquo titulo
posito questionem et per contra arguunt ad
partes et [illegible] ponunt [illegible] suas et
correlaria et ultimo respondent ad
raciones factas contrarium

Alii et sunt hii exponunt precise
evangelium [illegible] dixerunt hi
storiam et ipsum dividunt per aliqua
certa puncta

Nunc quidem dimisso eo quod stat subiecto
[illegible] imitat memoriam multum
Et ideo [illegible] utitur
que bone sunt ex quo non sunt
[illegible] et moralia predicantur ad me
morandum Antiqui enim doctores in
suis predicacionibus non utebantur talibus
divisionibus eo quod tanquam imbuti spiritu
sancto totaliter se convertebant ad verba
spiritualia sine aliquo ordine nobis
noto plura [illegible] evangelium
vel aliquis textus biblie que expo
nebant sicut in corde [illegible]
[illegible] Et modus hic predicandi [illegible]
evangelium vel notando ibi aliqua
puncta seriose et per ordinem est modus
valde expeditus ad predicandum [illegible]
[illegible] Raro enim est aliquis qui
[illegible] aliquid addiscendum

sub uno puncto solo et quando sibi occurrat aliud predicabile. Ideo si multa predicta sit dividendo tangit predicator quodcumque moditu dicat semper quodlibet in fine satis dixit.

Alii et sunt quarti exponunt epistolam vel unam figuram statim in principio sine omni alio apparatu introductionis vel divisionis et istud modum videbatur tenuisse Christus quantum possumus in evangeliis videre. Ubi enim videmus quod proponebat parabolam et post breviter eam exponebat sicut patet liquet ipsius in parabola de semine et in quibusdam aliis. Contra quos potest idem consideratus et credo quod eius apostolis discipulis ipsorum aspicientes quantum deterius erat imitari sic predicabant. Et ut tanta virtus dei esset in modis predicationibus quod missa omissa predicandi et omni curiositate rescetata exemplo Christi et patrum apostolorum solum simpliciter textum scripture ad salutem proponent in vigore spiritus plus attendentes ad salutem populi quantum ad sapientiam et curiositatem verbi. Concludendum curiositatibus Christi predicator tamen debet sollicite vitare contempnendo et onere propter amorem spiritualis virtutis clausum contra septitudinem sapientiam quod destituit ut dicit apostolus prima ad Cor. II sequenti processu suo ibidem.

Modum autem curiosius procedunt sunt quando aliqui predicatores proprium suas predicationes quantum dividunt in tres partes. Prima vocatur introductio. 2a dicitur thematis divisio. Tertia appellatur distinctio et prosequucio. Iste autem modus inventus est ad thema ad inveniendum copiam materie ad predicandum. Unde quando predicator pluribus modis se diffundit semper suo themate tanto occurrunt sibi plures materie ad predicandum. Secundo valet iste modus ad firmandum materiam memoriam predicantis semper ordine valde gratum quando si sit usitatus valde confert ad memoriam alicuius in omni sermone. Tertio valet ad hoc quia modus iste facit hominem distinctum quia sic predicans semper potest videre per considerationem dictaret tamen potius quid dixit et quid habet dicere et ideo hic potest videre si sit festinandum aut si sit spaciosius loquendum et hic attendendo ad illa que sunt ad hanc data vel ad ea que sunt dicenda.

Circa igitur primam partem que dicitur introductio nota sequentia puncta. Primum est quod semper in omni predicatione debet accipi thema de sacro canone biblie ut de evangelio vel de epistola illius diei si predicetur de dominica. Si de sancto aliquo vel de sancta predicetur potest thema accipi de quacumque parte biblie volueris. Et tamen modum ex curiositate gratia et ex quadam convenientia cum predicando de sancto vel de sancta accipimus thema de evangelio vel epistola propria si dicta sanctus vel sancta habet. Si autem non habet accipiatur thema de evangelio vel de epistola dominice currentis similiter si ille festum celebrabitur sive infra octo dies immediate sequentes dominicam. Et multi in collationibus mortuorum quia de omni actu requirente predicationem conveniat hic nostro tempore quasi accipe thema de dominica currente. In collationibus autem scolasticis semper accipitur thema de dominica in qua predicatur ut de evangelio vel epistola. Ista tamen magis sunt curiosa quam necessaria tamen modus scolasticus debet scolasticis servari propter reverenciam predecessorum qui sic statuerunt et nec quamvis quilibet possit in suo sensu habundare et discretius cum multa via persua ubi forma est iam certa sibi data sicut data est omnibus scolasticis per quem usum faciendi collationes in studiis theologie. Ideo nota quod in inchoato themate debet totari et totato statim brevissime introducendum est. Unde consuetum quod eius introductio non sit plurior ad minimus quam unius partis. Sed sufficiat sit vel equivalenter dicere ut ad gloriam dei et ad utilitatem animarum vestrarum possim vobis aliqua proponere supplicetis virginem ut dignetur pro nobis

et p(ri)me ant(e)q(uam) ad summi filium dil(ec)tum
ideo in p(ri)ncipio n(ost)ri s(er)monis p(re)mittemus
sibi Ave maria ~~quemadmodum patres~~
Et secundo est ante q(uod) Ave maria
semp(er) dicitur in omni s(er)mone et colla-
tione facta in ecclesia non t(ame)n in collatio-
nibus scolasticis Est t(ame)n advertendum q(uod) ly
Ave maria in quibusdam patriis dicitur
submisse et in quibusdam alte Ideo
semp(er) teneat(ur) modus patrie in qua p(re)-
dicatur

Intrat(ur) aut(em) ad thema sine themate
sive adducit(ur) ad p(ro)positum multis modis
Primus modus est per q(uesti)onem ut cum p(ro)ponit(ur)
aliqua questio p(ro)ptum salutatione
ponit(ur) aliqua p(ro) diu(er)sa ad q(ue)m
verbi gratia sit thema istud Primum que-
rite regnum dei etc. q(uod) virtus sit ad
q(uo)d p(ri)mo homines debeant quere(re) in hac
vita / Et arguo ad p(ar)tes ponendo p(ro) p(ri)ma
p(ar)te hec p(ro)p(ositi)o q(uod) que meliora sunt p(er) se
et nobis inq(ui)renda sunt p(ri)mo Contra
h(ec) p(ro)p(ositi)o infert et (con)cludit thema s(cilicet) quod
in p(ri)ncipio querendum est regnum dei Et h(oc)
patet quia regnum est optimum in se et nobis
Si aut(em) p(ost)q(uam) p(ri)ma p(ro)po(siti)o posita p(ro)p(ter) [illegible]
finiss(et) illatum thema ex dictis duabus
p(ro)positionibus q(uod) (con)cordia cum p(ro)p(ositi)one sit infi-
nita p(ro)pter diversitate(m) et clare

Secundus modus est per distinctionem in
qua semp(er) pars ultima (con)cludit the-
ma v(er)bi gratia sit illud thema Regnum
dei intra vos est Et fiat talis distinctio
trimembris // Deus sua bonitate posuit
intra nos tria nobilia s(cilicet)
Animam cum suis potentiis
Virtutes et gra(tia)m cum ~~[illegible]~~
Sui(s) bonis meritis
Regnum et gloriam cum suis [illegible]
Et hoc t(er)tium tangit thema Et ante
distinctio p(otes)t s(cilicet) bimembris vel quadri-
membris sicut placeat predicanti t(ame)n
q(uan)to est brevior tanto est melior

Tertius modus est per auctoritatem [illegible]
sicut tangit materiam thematis v(er)bi gr(ati)a
sit hoc thema gratia exempli Ipse est
Dominus omnibus timentibus eum Ad
inducendum hoc thema p(otes)t accipi illud
Dom(ini) ysa(ie) Ex mane domini dixi
[illegible] innotate eum [illegible] ut si adaptaret(ur)
dicta auctoritas ad p(ro)positum video q(uod) thema
inductum p(ro)ponit q(uod) d(omi)nus est ipse Ideo
ysaias dicit qualis sentit(ur) cuius p(ro)prie-
tas docens q(uod) si vis eum invenire
opo(rte)t q(uod) p(ri)mo quera(tur) s(ecun)do q(uod) [illegible]
quera(tur) corde devoto et (con)trito et timo-
roso et invoca(tur) omni effectu quod
exp(er)itur sit d(omi)nus ipse timentibus se ut
dicat thema

Quartus modus est p(er) originale
ut si accipias thema de aliqua materia
debes tu de eadem materia accipe(re) ori-
ginale ex quo concludat(ur) thema v(er)bi
gr(ati)a Hora est iam nos de sompno
surgere Et accipias hoc p(er) originale
ut si dicat Aug(ustinus) om(n)i tempore timendum
est d(omi)n(u)m audiam ne taceatis nos in-
veniat ipse qui semp(er) ad surgendum
et ad laborandum nos vocat hec ille
Ex isto originali manifeste seq(ui)t(ur)
q(uod) hora est iam nos de sompno
surgere

Quintus modus e(st) per rationes naturales
concludentes et inferentes thema v(er)bi grat(ia)
sit illud thema gr(ati)a exempli
Expurgate vetus fermentum dicit
sit thema p(otes)t suadet nobis [illegible]
refugere peccatum et multa q(uia) peccatum
est deo odiosum et mundo [illegible] inimicus
[illegible] et scriptura sacra p(ro)p(ter)ea quia est
contra mandata et pervertit leges Et
peccatum est sibi ignominiosum eo q(uod) sit
contra rectum [illegible] et p(er)fectionem vite
Peccatum est nobis odiosum quia omnia
que patim(ur) pro peccatis patim(ur) semper
peccatum est diabolo acceptum quia
illius placet quicq(ui)d est malum

Ex quibus verbis concluditur thema sua-
dente et proponente nobis vitae puritatem
quae expurgate vetus fermentum.

Sextus modus est per historiam quae adducitur in se thema ut si praedicarem de isto themate Vade retro Sathana, dicta quando Petrus suadebat Christo ne moreretur et Christus dixit verbum thematis. Similiter de isto Filia fides tua te salvam fecit. Dicam quod quaedam mulier patiebatur fluxum sanguinis confidens de Christi bonitate et virtute accessit ad eum tangendo retro illum et curata est. Cui Christus Filia fides tua etc.

Septimus modus est per enthymema seu per argumentum(?) ut si concluderem hoc thema Verbum caro factum est dicam: Sic Deus promisit, praedixit, revelavit et statuit verbum suum illo tempore praefixo incarnandum, igitur Verbum caro factum est. In huius processu requiritur quod quaelibet pars antecedentis probetur quia probare non oportet quod est evidens nec probatum recipit quod est concessa(?).

Octavus modus est per fictum seu per fictum syllogismum et est quando ad concludendum thema accipiuntur propter abundantiam materiae tres propositiones inferentes thema. Et dicitur fictus syllogismus quia talis processus assimilatur syllogismo inferenti conclusionem expressam. Tamen de rei veritate non est syllogismus quia ad syllogismum sufficiunt duae propositiones tantum et requiruntur quare una vel ambae sint affirmativae vel altera negativa vel in certa figura et modo quorum illorum nullum reperitur in tali serie propositionum pro introductione adducta(?). Verbi gratia ponatur quod velim introducere illud thema Estote misericordes. Dicam primo quod misericordia(?) est virtus nobis necessaria ad salvandum. Et dicam quod crudelitas destruxit(?) multos et mittit ad infernum. Tertio dicam quod Christus et sancti induxerunt nos semper ad misericordiam sicut dicit thema. Videtis hic quod in ista serie propositionum nulla figura syllogistica licet modus concludendi assimiletur in aliquo syllogismo eo quod hic praemissas aliquas concurrentes vel apparentes ad concludendum thema sicut syllogismus ad concludendum conclusionem suam.

Nonus modus est per thematis solutionem, ubi(?) ad thema adductum tamquam solvens plura dubia proposita. Verbi gratia ponatur quod habeas praedicare de sancto Michaele et ponas hoc pro themate Michael et angeli eius et proponas tibi plura dubia sicut est dubium valde grande:

Quis vicit Luciferum et eius sanctitatem(?)
Quis devicit synagogam et eius paganitatem(?)
Quis Christum consolatus est in passione pro grandi pietate
Quis animarum susceptor et reputatus dei maiestate

Ad istas omnes quaestiones et dubia solvit thema et dicit Michael et angeli eius. Et concludes declarando quod Michael et angeli eius fecerunt illa quattuor. Et in fine dicendo(?) concludes sic Michael et angeli eius.

Decimus modus est per syllogismum et iste modus modernis temporibus est factus nimis curiosus. Nam aliqui consueverunt si themate concludendo accipi unam maiorem et aliam minorem et concludebatur thema. Modo autem aliqui modernorum faciunt maiorem compositam ex pluribus partibus et minorem similiter ex totidem partibus et concludunt conclusionem ex plurima pluralitate. Ideo advertere quod sufficit quod maior sit composita ex tribus membris et minor ex totidem. Verbi gratia si concludatur hoc thema Ascende superius et erit tibi gloria sufficit adducere talem syllogismum:

Generosa in stirpe naturali
Persona vigorosa in gradu(?) virtuali
Gratiosa in (?) totali
Debet ut pretiosa poni in principali
Sed iste sanctus fuit
Generosus
Vigorosus
Gratiosus
Ergo debet assumi in sede superiali(?) et hoc dicit thema.

Multi alii modi possunt fieri introductorii(?) ad thema quae tamen causa(?) brevitatis dimittuntur.

tales introitus continentes se ad materias
profunde distinctiendas quamvis utiles
et morales et breves sermo protendit
Ideo transeamus ad secundum scilicet ad divisiones
thematum

Divisio ante thematis inventa
sunt ad clarius predicari materiae
copiam ad predicandum // Nam quelibet
pars thematis est materia predicandi sed tamen
multi non habentes sufficienciam materie ad
predicandum non dividunt thema sed ewan-
gelium vel epistolam totam aqua sumitur
thema et tunc habet ewangelium totum vel
epistolam totam pro materia ad predicandum
et tunc quodlibet totum est magis sua parte et
quodlibet tale totum scilicet ewangelium vel epistola continet
multa bona et moralizanda // Sed tamen
est quod tunc predicator habet sibi faciendo
copiosam materiam ad predicandum ex quo
potest se diffundere per illud totum et si illud
non sufficiat potest ad maiorem unum aliud scilicet
epistolam ewangelio vel concordancias aliunde ubi
in quo concordabuntur mutuo vel saltem
per concordia materie reat ponit quod multa
bone concordent ut dicit predicator verbi dei
sic mirari unum capud tunc sit predi-
cator scripture // Sed semper adiutat ad
concordantiam vocum et ad regulas antiquas
et vane et curiose artis predicandi quia
in hoc tacet primo predicator etiam
offendit deum unde gloriam principalem non
querit sed suam et male edificat intel-
ligentes sine proprietate eum sicut in
concordancia vocum vanitare et curiose
intendere Secundo enim est predicator quando
devota et pia intencione conductor peccatorum
ad viam regni dei Constat enim quod
via regni dei non est vanitas vel curio-
sitas sed potius veritas et humilitas
caritas et virtus dei que omnem vanitatem
et suffocat amicitie et aliis vere predicantis
et aplicatur dei procedat Igitur predicator
cum materiam sibi adeo monstratam
in ewangelio et in epistola omni curiositate
reiecta et tunc glorificabit deum

et animam suam exornabit multis et pro-
ficiet audientibus eius Et deus dabit
verbum sic ewangelizantibus virtute multa
saltem tamen quantitas virtutis sufficiente
Reges et si non aliud debet monere
predicatorem ad vitandum omnem curiositatem
et vanitatem a verbo dei hoc debet sufficere
quia verum virtuose prelatum habet nobilem
effectum in auditoribus et vanum
et curiosum perdit istum sacrum fructum
et per consequens de tantis profectibus carere
rea curiosus predicator apud deum
quod abstulit auditoribus domino
sue stulte et turpissime vanitatis
Aliqui enim sic sunt curiosi in divisionibus
thematum replicationes et magis prolongationes
turtatis variatis quod magis videntur
truffatores et hystriones et verbosi
burlatores quam celestis oraculi et di-
vini verbi predicatores quos sine du-
bio puniet deus acrime in medias
dei Certe isti sunt ipse qui ponunt
et mittunt margaritas cum luto quia
lingua est verbum dei / sic stet in ore eorum
et portorum quasi prophanat sancta quibus
mito dicit deus illud david Quare tu
enarras iusticias meas et assumis
testamentum meum per os tuum Nonne
tu es qui odisti disciplinam artem
et modum humilem verbi predicatoris
capud et apostolorum et abutendo procaciter
sermones sacros retrorsum Aliqui
proponendo eis dicta philosophorum et poetarum
et commutando illos mutando sensus
et exponendo tua voluntate proposita
veritati Sed quam indignationem dei et per eam
erit in morte ymo et in vita ista
contra istos qui tantum fructum perdiderunt
sibi et aliis quibus sua vanitate
non utiles sunt sed inutiles verum multi
propter huiusmodi curiositates aufert a verbo
dei quod non auditur libenter quia circulo
sunt plures et ideo displicent quia
auditores contempnunt audire illa que
isti dicunt eis omissa omni devotione
et honestate proponendo se eis tamen
cum vitalis ex colo et edificare possunt
de sua vana curiositate etc

volens aut utiliter et bene uti divisione
thematis non est necessarium intendere
circumstantiis nisi quia hic inicium in mecorica
sicut cum thema est bene divisum sine
circumstantiis misericordia super turbam vide
hic tria scilicet

Primum quomodo Christus sit nobilis quia misericors
quoniam alter deus vel potens unde quia super
omnia constitutus

Et mundus fallax quia contra turba atthadi
ubi autem quis vellet eam ad circumstantias
adducere propria antecedenter ut si circumlocutio
nunctus memorie vel aliorum propositio mo
tivo bene potest Et nota quod talis divisio
dat materiam predicandi ut dictum est
ut sit copiosus in sermone quia potest
sub qualibet parte thematis sic divisi
tractare unam materiam remotam ab
alia discussam sub alia parte Quamvis
aut divisores ponunt hic principaliter
dividenda cogent propositio similiter super
quam cadit divisio verbi gratia de themate
praedicta sic dividendo misericors super
turbam non debeo dicere

vide hic: [Ancillam divinam / superioritatem supernam / consultum turbe infirmam]

quia cum hiis verbis terminis in sermone
est concordantia vocalis et supra
quam cadit divisio cum eo dividendo
ideo debeo dicere aliter

vide hic: [largitatem copiosam / maiestatem gloriosam / dignitatem preciosam] [misericors / quia super / turbam]

Secundo in processu de quo licet istorum
apponunt statim auctoritatem realem ut
puta si misericors adducere gratia exemplum
illud apostoli ad Romanos Cui misereor
cui misericordiam ut aliam similem
auctoritatem Devotus autem predicator
non curet de vocalitate ubi auctoritas
sibi occurrerit realis congrua ex
quo adducuntur aliqua in quibus sit
iste terminus pietatis circa operatio satis
bene traditum Et predicare ad propositum

de dicto termino adducto scilicet misericors
Quod autem volens predicare quod deus humi
libus revelat secreta sua satis ad propositum
est adducere illud potentie declaratio
sermonum tuorum illuminat et intelligen
tiam dat parvulis licet ibi non contineatur iste
terminus humilitas vel humiles proprie
propria voce et dicitur hic concordantia realis
et non vocalis Tertio si copia ma
terie non adsit contenti sub alio membro
divisionis adducere aliam di
stinctionem de qua probandi Sicut cum
dicit deus ista ut si sub primo membro
dicte divisionis adducere quod deus multi
pliciter misericors quia aliquis dando naturalia
aliquis spiritualia aliquis celestia et
procedere de istis tribus membris adducit
Quarto plures sub aliis istorum mem
brorum adducunt figuram vel auctoritatem
quam dividunt et de qua divisa pro
cedunt licet hic idem passim sit accipie
ndo dictam figuram sub aliquo membro
divisionis quia in istis circa cultum
placet enim non est consultum utile ideo
dicta sufficiant ad tractatum communem
attendamus istis contemptus promittit
deus benedictus Amen Explicit etc.

2 Nicolai cuivarkan de

3

Pro informacione et declara-
cione superdictorum scilicet memo-
randorum seu supradicte me-
morandorum meditacionis
tali ordine procedemus. Primo
quia de causa coordinata sit talis
meditacio et que eius prohemium.
Secundo dominum quia sadm scilicet ce-
dulas hic duodecim collatas secundum
figuram superscriptam describe. Tertio
ipsas scilicet res ut finem recordemur
in ipsis scilicet cellis collocando figu-
rabimus. Quarto vero quamque illarum
scilicet cum sibi annexis in speciali declara-
bimus.

Prologus

Quo ad primum nota quod circa has
scilicet res generaliter oportet tota
sacra scriptura et ipsam com-
prehendere. Cum itaque eius est a quo est
deus aut creata, et preter ipsa
nihil est, et peccatum ex nichilo nati.
Ergo omnis cogitacio fratrum de-
et cuiuslibet christiani mente est quod circa
aliquid istarum scilicet oportet sic quod cogi-
temus aut de deo et suis beneficiis
que prius sunt tria scilicet creacio, redempcio
et renovacio. Aut de nobis ex op-
posito maleficiis et viciis. Aut
de angelo cum suis virtutibus. Aut
de tempore quo ipsum racionem omnium custo-
diam expendere debeamus. Aut exilio
in quod cecidimus per peccatum. Aut de
morte. Aut de iudicio. Post quod aut
cogitemus de paradiso a iudice dando
bonis et electis. Aut inferno deputa-
to malis et insuper de beneficiis
superdictis. Secundum si parte medita-
cionem in mente tua tempus ita quod de
nocte gustum amore et timore
in ipsa te quottidie exercitanter
et continuanter magnam

de tempore

scientiam veritatis sacre scripture mente
lucraberis. Et quamvis in principio ali-
qualis sit difficultas primum do-
mum illarum scilicet cellarum te intra-
re et in mente tua habituare et ipsam
in te figere et firmare, deprehenso tamen
a te sollicitudinibus mundi et con-
cupiscenciis carnis. Si in ibi in illa-
rum scilicet te constituam gradacione
superstiter et assiduam ab omni
parte et cuiuslibet cellule bonarum cogi-
tacionum tanta in spiritu ...
delectacio et consolacio quod tempus tibi pa-
rum meditacionem devotam demorando
in pluribus horis plus tedium habe-
bis ab inde ... in centuplo
quam antea habebas ad mundum.

Anima enim hec est scitore auctas
et probata vitas quod sit in temptacione.

cogitacio mala

Cogitacio mala est origo mali
quia si non recedit post malam cogita-
cionem surrexit mala delectacio; post
malam delectacionem si ei non resisti-
tur sequitur in malum consensus et post con-
sensum mali operacio et peccatum consu-
matur. Sic per contrarium in bona in-

cogitacio bona

spiracione cogitacio bona est prin-
cipium boni et post cogitacionem bonam
sequitur in bono delectacio. Post bo-
nam delectacionem amplius accenditur
desiderium in bono ex quo consequen-
ter procedit bona operacio. Ergo
qui hunc modum dirigendi et forma-
ndi firmandi cogitaciones suas in
bonum. Hic inter fratres dei habet
magnam partem victorie contra omnes
temptaciones. Hic modum extendi in vir-
tutibus et ad habendum senti-
menta devocionis amoris de deo
et plenam in experienciam medulla-
rem

et prima totius sacre scripture et per
mundiciam cordis et hoc sit mente
hic supra et infra posito
Vides ergo in te quam ipsa memo
ria est labilis et instabilis et co
ruptionis carnis et sollicitudi
nibus mundi dispersibilis ut in
habeas efficaciorem modum ipsam
stabiliendi dispersam in exterio
ribus et te in te recolligendi Igitur
ipsa 12 memoranda de quibus omnes
alii sancti doctores in suis libris
tractant et omnes predicatores tibi
per totum annum predicant et tu post
ea obliviscere Ut ea ergo coram
oculis mentis tue punctata semper
videas Talis hic descripta artifi
cio in una domo sub 12 cellis et
in ipsa sancti collocantur
Et sicut quasi quilibet istorum predictorum
et ceteri inter sanctos dei habet
suos modos speciales in meditando ten
dentia ad recognoscendum dei benefi
cia et propria malefacta sicut et mente
est quod et tu aliqualiter modum habeas
et ... ad perfectionem
... Et si non habes aliquem vel
certe si habes alium si potes carpe
istum et tuum quia sicut corpus sic
et anima delectatur in variatione quot
tidiane refectionis tibi in materia
et forma
Nec spernas aut vilipendas artifi
cium quia quamvis mente ... dei artifi
cium ... in exercitiis spiritualibus mul
tiplicatur ... admirabilem
... omne artificium
est inane ~~artificium~~ fictitium ...
aut artificium te adiuvet videas
... libri materiales

sunt res artificiate ex cartis et figu
ris literarum Et tamen cum in eis legeris
intellecta per te veritate sub ipsis
literis latente et inde affectus inflamma
tur vel ad bonum vel tamen malum ...
tibi putatur utilitas Sic est et ...
... artificio quod est tamquam liber
mentalis in quo et multiplicatur ...
dine apprehendi in tua meditatione
admiraris Et ergo sicut res tanto
clarius et realius maior et viva
cior in mente relucet quanto imago
est similior ipsi rei et veritati quam non
sit litere
Sancti se meruerunt ymaginatione
gnatione i meditationibus quam po
tuerunt quia imaginatio est media
inter sensum et intellectum et ergo
ipsa est alienativa a sensu ma
teriali et introductiva ad intellectum
spirituale teste beato Bonaventura
qui et ipse ea usus est ut patet — De arbore crucifixi
quia ita arborem crucifixi ex uno
latere cum ... et ex alio cum quin
busdam arboribus vite ihesu christi depro
... depinxit et super libel
lum eius expositum edidit qui
fasciculus mirre intitulatur — fasciculus mirre
Nota ergo quod dupliciter possumus
de deo imaginari seu meditari — Duo possumus de deo ymaginari
uno modo simpliciter sine omni artificio
solum secundum fidem considerando nos
presentissimum sua essentia et puram
et certe cordis nostri intimum puta
tem secundum quod apprehenditur si necesse
se firmavit sentimento devotionis — devotionis
non est sibi necessarium aliud medium ...
... nec aliquod artificium Et hic est modus
duobus expeditissimus et perfectissimus
et adhuc modo tantum ad finem
perfectionis conatur omne artificium ...

inducere etc.
Aliquando meditant(e) de deo et virtutibus
mediante artificio et per indisposi
tionem mentis nostre scilicet interpretatione me
ditationis habencius tot nimis insta
bile ut per tale artificium disponatur
et firmetur quo firmato amplius
non habet opus adiutorio artifi
cij. Cum scilicet duratur motu purus amore
et devocionis quia tunc sola intentum
spiritualis delectationis agilitas me
ditatem conservat in opere. Tunc quia
mens dilatata caritate non restri
ngitur cellulis sed ubique deus reperi
tur in se et in omnibus suis creaturis
tam infernalibus quam terrestribus et
celestibus. Et toto universo suo amore
occurrit et munditia cordis medi
tantis deum videre. Modus ergo
huius est iste prout primum premitur intendo
Capitulum secundo de disposicione domus per cellas

Huius itaque quam proposuimus pre
missis accedam ad secundum scilicet
ad dispositionem domus ad 12
cellas in quibus 12 quottidie me
moranda collocantur etc. Secundum figu
ram supra pictam / ymaginare
ante te domum / habentem tria la
tera seu tres parietes quorum unum
tibi sit ad sinistram secundum ad ~~[illegible]~~
faciem tercium ad dextram / Hec do
mus in mensura sit profunditate / 8
cubitorum et latitudinis scilicet a sinistra
versus dextram sit cubitorum 2 et et
altitudinis 12 ubi sit pro tecto so
larium planum sicut est infra pavime
ntum. Deinde imaginare quemlibet
istorum parietum divisum esse in fenestram
per modum crucis quoddam unicello
sic  protendente se ex omni

latere ad medium versus pavimentum tam per
sex cubitos et ita de toto pavimento
remanebit domus 12 cubitorum profun
ditatis / 12 latitudinis / et 12 altitu
dinis quia ab altitudine incipit dimi
tur. Inter talia igitur intersticia
cruciformia in tribus parietibus cap
ientur item quatuor .i. 12 celle quelibet
profunditate .6. cubitorum et lati
tudinis .6. que est quantitas sufficiens
la hominis tam in latitudine scilicet ex
tensis brachiis quam in altitudine
Et imponendo res supradictas in
cellas incipimus procedendi secundum
morem scribendi de sinistra per medium
parietis seu lateris ante faciem ad
dextram ita enim quod prima cella sit
ad sinistram inter pavimentum Secunda
super primam / tercia collateralis secunde /
et quarta prime. Et sic per progreditur
consequenter in latere quod est ad faciem
et quantum in latere ad dextram. Hec
autem domus non solum deservit nobis
ad supradicta 12 memoranda sed ad
quelibet alia puta virtus sectorum causam
explas post virtutum effectus et vinorum
et componatum per cellas condivisa
Unde si sunt tota materia non potest
commodiose comprehendi in iam dictum
duodenario cellarum imaginare
alias 12 in sursum lineatas statutas
super primas tamquam in alia domo
iam dicte contigua / Et sic per nonne
est per complenda materia / imaginare
item tercium duodenarium cellarum etc.
quot tibi placet / Quod enim domus ta
lium duodenariorum cellarum sit itaque
ordinata sine solariis interse to
distincta ut esse in pavimento stante

intuentibus valeat omnia corpora in
celis supra sine obstaculo contemplari

De tercio scilicet de figuratione
unius cuiusque ex illis 12

Celum quia in se et ex se est
purus et simplex spiritus fi-
guratori corporali non subiacet
nec potest figurari / et sicut est omnipotens
loco materiali non potest comprehendi nec
circumscribi salva tamen virtute sancte fidei
ut nostram impotentiam ignoranciam
compleret quam de spiritualibus intelligere
non possumus nisi per imaginationem
materialem / et per visibilia ad invisi-
bilia mentem nostram sublevare et per
transceptibilia ad inconceptibilitatem
Ideo primam celum ipsi deo attribuimus
qui continet ubique nature est quem in capite
et in omnibus aliis celis / et in-
ibi nobis sub figura solis qui stat
in medio celi tamquam inter solis
intuitu de memoria representetur
per tres proprietates solis divine
trinitatis similitudinem nobis significatas
Verum sicut in sole est vigor splendendi
a quo generatur splendor lucidi et
ab utroque procedit calor calefaciendi
Sic in divinitate patri attribuitur vigor
potentie a quo generatur filius splendor
sapientie et ab utroque procedit spiritus sanctus
calor clemencie / Deus itaque con-
siderat in medio sue celle prime et
sue dignitatis quatuor ipsum circumstant
suum quatuor angelos eiusdem celle
scilicet potencia sapiencia bonitas et per-
fectio / et sic unum quemque reum illa-
rum / 12 . circumstat . 3 . sedium quatuor
angelos virginitatis celle et ipsam
3 circumstancia non circus figurare

Sed sunt tamen 12 res principales ad
quas ipse angulares sunt respective
quia figurata re principali in una
cella reliquis dependentium facilius
recordeteris

Creatio figuratur circulo lucido · Creatio
quem deus habebat in manu primo
compressum et quem paulatim dextram
gyrando manum usque in principi-
um incepit ipsum complectit qui nobis
figurat creatorem celi et terre rotundo
illius celle sit plena stellis au-
reis et in campo lazurino sicut
sic imaginatur quod deus habe-
at massam luti coram se ex qua
format corpus ade / et de costa
ade corpus eve et omnibus creaturis
primitus malum arboris etc

Redemptio satis nobis ipse significatur · Redemptio
et demonstratur in cruce in qua
mente videas distensum ihesum xpm
et ex sinibus quinque vulneribus ma-
nuum et pedum lateris emanan-
tem sanguinem quem nos et in spiritali-
ter redemit quo te redemit a
peccato et servitute dyaboli et a
dampnatione eterna

Renovatio scilicet a statu culpe ad gratiam · Renovatio
figuratur patre qui filium suum sibi
vertentem dorsum et ipsum despicientem
revocat manu dextra et in sini-
stra habet pomum pulcrum quod por-
rigat filio ad sibi dandum si ad
ipsum redierit / filius vero plus tra-
ctus amore domini scilicet pomi quam pa-
tris convertit faciem ad patrem et in-
cipit redire hic pomum significat
gratiam dulcedinis et devotionis quod
pater noster deus intendentes peccatores &
maxime ad se revocare in flamma

amoris in cor eius peccat et ita
confusus ut puerulus amore proprio
adhuc caritas in deo fruitio in prin
cipio pueris amat deum propter dona
mundi sicut quam suam gratiam et infi
nitam amabilem bonitatem et
perfectionem etc.
Maleficia vero opposita dei virtuti
bus supradictis figurantur homine ma
le induto et plagato et ita debes
ponere te coram te et quottidie vi
dere te indutum veste nigra
tali decerpata et dilacerata
et per successivas hinc inde appa
rente immundo vide te totaliter
leprosum et plenum vulneribus e
quibus sanies sanguinolenta gratia
tua vermium ebulit undiquaque
Item tibi representari larva diabo
li in facie totaliter decerpata ita quod
potius videatur tibi representari
larva diaboli quam faciem hominis
rationalis seu ymaginis dei ibi
te circumstant tua peccata primo super
bia tumidus veste preciosa in se
cundo angulo avaricia spinosa et ter
cio te spinosa avaricia invidia fri
gore tremore constringens in quarto
luxuria fetore continuo febrili in
quinto angulo stat diabolus angelus
malus qui tibi posuit tot cathenas
iam ad collum iam ad manus iam
contaminavit pedibus et sic de aliis
membris per quot modos peccando
voluntate sua tua eius voluntati
te subiecisti et fruituri eius te ob
ligasti temptationibus consentiendo ad
quantum ergo miserearis per peccatum
per devolutum te quottidie sic te
videndo deplora. Angelus figuratur

virtus

sanctum quod quantus ipsum videtis ad ornatum
cum veste candida alis aureis tota
virtutibus et lotam et in quarto eius
stant virtutes sibi suppositae in quinto quinto
cella vitia contrarietates quas sanctus an
gelus tibi inspirat quod facias bonum
sic per contrarium malus angelus te
temptando infra tibi suggerit ut
facias malum virtutes igitur iste de
coris figurantur virginibus. Et primo
humilitas induta veste honesta in
secunda caritas purpurea qui tota
flammea, castitas candida angelis
comparata virtutes cetere in una virgine
vestitam decoratam circumdata varietate
florum pulchrorum et fructuum quos
sibi subministrando in quinto cella dia
bolum celat. Hec omnes virtutes
sunt pro redemptore et creatoris
cordis oculis contra faciem hylaritate
te sic respiciunt et in ipsum fontem
vite et solare lumen agno eterno
aspirat et renititur.

Tempus gratie figuratur nubila
torida se movente hinc inde super
te in ibi stante quia motus est
figura temporis et per motum comprehen
dimus tempus et mensuramus unum pas
sum motum solis ab oriente usque ad
meridiem comprehendimus transisse tot
vel tot horas quibus et sic de aliis
motibus. Item tempus figuratur horo
logio ad quod ventilabro hinc illuc
se movente et tempus mensurante
hic tempus inter ipsa 12 memoranda
hic ponitur ut sciamus quo ipsum
te vivimus constantem 12 bonum uti
liter et fructuose expendere debeamus

stragnti precij est tot tanti quod qui
vna hora possunt lucrari regnum
vite eterne

¶ Exilium signatur iardino seu ortulo
pulcro pleno aromatibus et fructi
bus odoriferis sed semper clauso
et hostio nobis vel tibi clauso et
cunate et ingredi aditus adhuc
negatur veruntamen per diligentiam
tamen consideracionem intrandi et intra
qui per has vias meditacionis videri
di et devotis suspirijs et lacrimis
pulsandi ut tibi aperiatur quamquam
hec qui aromatum odore suavitate re
fragrans et totus dulcifluus gra
consolacionis infunderetur et reficeretur ita
eveniunt veris fidelibus dei qui amo
rem suum a carne et mundo le
vaverunt ad suum sponsum vnicum
ihesum orto paradisi et eterne vite
conclusum et in hoc mundo tamquam
in exilio et exiliati a patria sua
celesti scilicet a deo et sanctorum desiderabili
bili consorcio hic conclamantur hic
Nole igitur ex hac valle lacrima
rum ut tenebris tristia post igitur
amissum socium vocis plorem gemi
tum committitur quottidie et cum lacrimis
suam patriam beatitudinis celestem pa
trem quam et matrem et fratres scilicet omnes
cordialiter alonge salutat et se
eis recommendat quottidie quousque
corporis exilium terminetur et ad eorum
consorcium beatitudinis in patriam assuma
tur etc.

¶ Mors vero media que bonis est por
ta ad exitum ad patriam ab exilio si
gnificatur ut sepius videbis eorum aut
cum arca omnibus ferientibus
corpore ferientes totis suo corpore

et vmbribus et iam qui sitim cum
sulce aut cum arca omnibus ferien
febrili peste vel corpore caduco
vacanti quod vicesimo die sit
exhummatum et aliquibus diebus quos
vermibus eo ipso generatis ab eis cor
roderetur ymmo quod totum in facie in
pectore in ventre coxis in manibus
et pedibus totum eis plenum Hic
ergo nota quod si per consideracionem superbia
ira et alie ire et tue spem aiage
carnales delectatores quod cum corpus
vincis vides quod et sacius servorum
et cibus commixtum sed tales erunt
quoniam ipsum iacet in sepulcro mor
tuum considerare itaque nominis ad
cia secundum consilium sapientis et in
eternum non peccabis Exiat autem ab
ipso corpore quod tam tenaciter
dilexit et culpa sequitur ad iudicium

¶ Iudicium figuratur realiter iudice — Iudicium
ihesum secundum Iohannem in apocalipsi sedente
super arcum iridis tamquam trono
regio et habente in manum suam
de celo virgam iudicialem potestate
sede scilicet crucis per quam ipso teste
data est sibi omnis potestas in celo
et in terra et inpresso ordine ut
qui supra ex opposito in tercia cella
pro omnibus redimendis ad mortem
crucis iudicatam venerat et volu
erat Nunc etiam sibi opposita de
cima cella omnibus in bursa ... redemptos
redemptos et ceteris sibi ingratos
sibi iudicet Et ex ore eius le
duo gladij flamei duplicem ad
significantes sententiam vna bonis bo
norum sub figura agnorum candido
rum stancium ad eius dextram

vos ad gloriam dicens eis venite
benedicti etc. Alia maledictionis malo
rum sub forma deformi demonum
et ferocitate horrenda ad quos sunt
statim vos dampnando ad penam
eternam et a se cum indignatione
repellendo dicens eis Ite male
dicti in ignem eternum etc. Post
igitur iudicium iudicantis duplex
locus deputatur scilicet bonis paradisus
et malis infernus

Paradisus

Paradisus figuratur loco deliciosissimo
quem plantavit dominus a prin
cipio scilicet orator verum punt describi
in proprio ante impetuo intore flo
rum et fructuum ibi semper est aeris
serena tranquillitas non plu
vias nec fulgura neque tonitrua
nec illas tempestates ubi angeli voce
canora dulciter modulantur ac celi
dulcissima melodia et motu celere
ad invicem concipiendo concrepita quasi
psallunt anutetans sub plectro voce
suspirii mire suavitatis ab aure
bus rapiuntur odoratus suavita
te omni odore aromatum refrigeratur
Gustus absque omni fastidio omnis
saporis delectatione sapit melliflua
saporatur oculus omni genus pul
chritudine colorum spiritualium venustum
visu iocundatur ubi videt candida li
lia, stellarum vigiliam, rosas rube
tes maturum, violas purpureas
considerare absque hiis que inmiseris
sunt vanis hec nec oculus carnalis vi
dit, nec auris audivit nec in cor ho
minis ascendit ineffabilis dulce
dinis que deus in se preparavit dili
gentibus se Et inter hec omnia

participat et fructus eternum ipsius para
disi sunt Ecce ibi est cibus bonus vita
vita sine morte lux sine tenebris
sanitas sine infirmitate saturitas
sine fastigio quies sine fatiga pax
sine gravamine delectatio sine pena
amenitas sine amaritudine le
ticia sine tristicia in voluntate scien
tia sine ignorantia in intellectu et
firmitas sine mutabilitate et in
memoria scilicet tenendi et videndi
et audiendi deum et mariam et
omnes sanctos et sic bonum concludendo
do ibi est omne bonum sine omni malo

Infernus autem per contrarium omnibus
supradictis Est locus ubi est omne
malum sine omni loco bono locus
omnium cum turbinibus et tempesta
tibus frigoribus stridentibus et ardoribus
flammis ubi vocibus sunt demonum
sunt terribiliores quam tonitrua
dampnatis aspectus corporum penaliores
basiliscis et draconibus ipsos cor
rodentibus dentibus venenatis et
unguibus et ungulis discerp
tentibus ibi est pene specialis genus
unicuique peccato mortali et cunctis
aliis similis Ibi itaque est mors
sine morte et absque vita tenebre
sine luce omnibus morbus sine pre
paratione fames ad continuo bru
tatum fatigatio continua sine quiete
gravamina semper sine spe pacis ama
ritudo vendorum continue sine
consolatione dulcedine tristicia sine
leticia in voluntate ignorantia
sine scientia in intellectu labilis
mutabilitas sine firmitate in
memoria tenendi amandi et vide
ndi deum et omnes sanctos sed semper
tenere infinitum et videre diabolos

cum filiis odio et omnes sibi conpli-
ces secum damnatos. Et sic per hec
inexpressabilis blasphemie fulguri
et eque et omni in infernio in
perpetue incessare lugentium dum unquam
finit occasio sine eterne dampnacionis
sine fine.

Sexto consequitur unum quodque illorum
secundum verum memorandarum cum sibi
quatuor anexis declaratur. Et primo
Deus etc.

Post signatam breviter illarum
supradictarum secundum verum me-
morandarum consequitur nunc ut
quelibet earum cum sibi quatuor
anexis in speciali declaretur, de via
quaque illarum secundum unum sermonem
faciendo, unum recitando ad primam
cellam scilicet ad deum unum cum suis
quatuor dignitatibus excellentibus. Et
ex opposito cum nostris indignitatibus quas
semper confitendo, per modum soli-
loquii cordialiter, convertens la-
crimas ad deum amoris et ad nos
ipsos doloris congeminantes, ut da-
do tibi formam vel aliter prout tu
scis et vis meditando. Et primo
de summa potentia. O deus pater tu
es fons et sol eterne et infinite
potentie, quod ab initio demonstrasti
generando a te ~~genitum~~ equalem filium
equalis potentie, et ab utroque [...]
et procedit spiritus sanctus similis potentie
pariformis, ita quod virtute fidei
nostre devote confitemur quod tu deus
omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus.
Tuam quam vero tuam omnipotentiam demon-
strabis pro me et pro mei amore
creando ex nichilo machinam
mundi, tam speciosam tamque preciosam

et fructiferam quam quod ultra celum celi-
cet omnia que in eis sunt, et continentur
solaque pugno concludis, et manu
fortitudinis sine omni fatiga, immo com-
paratione magis quam ego unum levis-
simam pennam.

Ex opposito vero et quilibet dicat de
se ipso: sed de me conqueror tante impo-
tentie, quod cum me possideam a te, pro te
et tantum sed debilis quod penitus non
habeo potentiam regendi et subiuga-
di hoc meum miserabile corpusculum,
qui multiplicibus suis concupiscentiis ac
me rebellat, et mortalibus
gravat et infirmat, ita quod merito
cum Iob lamentando, factus sum mihi-
metipsi gravis, et cum sancto Paulo
ad te clamem: Quis me libera-
bit a corpore mortis huius? Sed tamen domine
quia tu es fons potentie et virtutis,
Bene video quod si ego volueris pote-
ro potens super te me, scilicet anima
super corpus. Et omne creatum quod
ego ad te deum meum amore
accedam, et ex te fonte omnis
potentie bibam potentiam, et ipsa
per te in me infundatur. Tibi ego
inhereram a quo est omnis potentia
et sine quo est nulla nisi et peccatum.

Hec ergo video, quod quicumque vo-
luerit esse potens sine te, frustra
et stulto labore se consumunt in
suis viribus presumptionibus, et redi-
gitur in nichilum per superbiam
et peccatum, et taliter peccavit in
primis parens Adam, sed magis
eius temptator Lucifer, et omnes
sui sequaces, tiranni et amari
conformes suos per vim vel [illegible]
deo opprimentes, cum quanto conatu

possessores effici corpore seu in potestate terrena | tanto sunt dediti ho les ad subiugandum corpus suum pro rie | ad eius passiones vincendum | et peccatis suis et alios vincendum

Ex tua igitur deus prima dignitate scilicet quod tu es eterne | et aliter infinite potencie | et procedendo veritatem confessio mee fidei | qua te coram tuo toto universo | publica voce confiteor | dicens | Credo in deum patrem omnipotentem | Et vice versa tua prima dignitas scilicet tua omnipotencia per fidem corroborata approbatur corroboratur |

Unde deus meus quia tu es omnipotens | video notato quod tu es ubique | et in omni loco per tuam presenciam presens | et potenciam | quia si esset aliquis locus ubi tu non esses | iam tu non esses omnipotens | quia usque ad illum locum | ubi tu non es tua omnipotencia non pertingeret | nec ibi esset | ergo ibi esset creata | et quod non esses omnipotens | Unde considerando | video quod notato es ubique presens

Video ergo mi deus omnipotens | quod ubique es presens | quod sive sim solus sive cum aliis | sive in ecclesia sive in domo | sive in campo | sive in solitudine | sive in die | sive in nocte | et qualibet hora presens tuam presenciam timorosam | et amorosam | cum timore et amore debito | et teneor revereri | propter quod te quia presens es ubique me et opera mea vides | me ex universitatibus passibus | et in esse conservas | timore me caveo a malo | cum propter malum quod faciam | in momento posses me profundare in infimum gehennam inimicus | Et amore facio bonum | propter quod omnibus bonis | et in potes duce paradisi que promittis | Exinde sicut te deum omnipotentem in orationibus cordialibus letifica | Licet quamvis sepe non habeam possibilitatem | et in quibus quam pro mea utilitate denegetur colloquium | cum domino terreno etsi vel tibi parvulo | et michi computer quod tu habeas possibilitatem | et ad hoc per te confortor mediante oratione humili et devota | semper et ubique tecum habere et tenere familiare colloquium | et tibi exponere meos defectus | et indigencias que solum per te possunt suppleri et perfici | Quia tamen gratum tecum colloquendi amorosa oratione | ego multitudine plenam instabilitate et negligencia boni | et concupia mali | propria heu non considerans nimis curo | Ad te vero amorosum orationis tecum deo colloquium

Dum sperando quod michi mea tua proposita etiam spiritu tuo sancto inspirata | et gubernata | et sapiencia tua illuminata | et amore tuo | quod tamen per ea inflammata | vos omnes cives | et tuos filios sancte me invitat | et sollicitat sum ego | me tecum semper | et ubique in presenciam conforam | et me ad te tanquam in presenciam | et videte. me | et audientes loqui | ad in peribus ad te clamantem | et dicentem | Deus in adiutorium meum intende | Item Domine exaudi orationem meam | et clamor meus ad te veniat | Item miserere mei deus | et sic de pluribus orationes | et aliis tamquam ad te deum ubique presentem dirigunt |

Deum itaque sit deus ad te deum
meum loquor numquid aerem spiri
tum pr[a]esentem inuocabo aut frustra ver
berans loquens ad spiritum qui nec
vivit nec me videt nec audit
et sic labore inutili vires et
tempus expendam vane et consumam
nequaquam. Absit deus meus omnipotens
a me fidelium hec insipiencia insipien
tibus que in corde suo dicit te deum
non esse. Verum minus malum esset omnia
alia bona non esse aut non posse
esse et te semper et ubique esse a quo
omnia bona processerunt creata sunt
et mecum conservantur nec sine te
esse possunt et ergo comprehendo quicquid
in te non est non est nec habet esse
nec potest esse nec sine te posset esse
Nec enim prima quo nec primus leo
et sic de aliis creaturis universis
scriptum cepit esse nec semper fecit
eius nodum esse esset aut quem esset
nunc esse. Sed per te esse incepit
homo et ceterae creaturae per te
esse. Ergo tu omni vero primi
primus principalissime es et omni
bus creaturis propinquior potentissime
semper et ubique presens es.

Hec igitur gaudium meum memoria a
me tollet nec diaboli temptaciones nec
mundi sollicitudines nec caro blan
diens hereticum mihi et cum me contu
piscentia et concupiscentia mea me ...
meus qui semper et ubique me tene
nemit et recolligat me in me
et pro me in te puto nunc.
Sic et ego tibi deo bono dulcissime
oracionibus colloquium misterium ad hoc me

salutaris experientia probatur et
inflammet. Etiam in ipsa devota
meditatione et mentali oratione ut
et beatus Augustinus doctor in suis me
ditationibus de se procul dubio exper
tus nobis dixit. Certe domine cum
de te in memoria mea anima mea su
spirat et tuam ineffabilem medi
tatur pietatem ipsa carnis sar
cina minus aggravat cogitacio
num tumultus cessat pondus mor
talitatis et miserie more soli
to non obtundit. Silent cuncta
tranquilla sunt omnia cor ardet
animus gaudet memoria viget
intellectus lucet et totus spiritus
desiderio visionis tue accensus
inuisibilium rapi amore.

Denique ex parte vitarum clara sunt
testimonia opera sanctorum multorum scilicet
beate Marie magdalene sancti fran
cisci sancti dominici sancti thome de
aquino et aliorum qui medita
tione dei pro tanto amorose tanto
inflammabantur amore et deo vin
ciebantur quod vi amoris spiritus in
deum sibi presentem raptus eorum cor
pus post se traxit a terra et su
spensum retinuit in aere et pro plu
ribus horis. Et quidam sic vi
amoris in deum transformati et
rapti spiritu remanent corpora immo
biles et quasi insensibiles ita
quod si pungerent eos aut cultel
lo inciderent aut membra aliquid
obliquaret aut eos si portarent
de loco in locum licet pigra ter
pore non se resentirent.

Sentit ergo gustat tales sanc
ti hic manna absconditum sicut deus
et tanto sunt clarum experienciam

voluntatis fidei scilicet quod deus est et quod
ubique presens est / et quod si toto mundo
hoc negaret unus solus et illos se
toti mundo opponeret et hanc fidem
defenderet / et pro fide etiam si mille
vitas haberet omnes morti se expo-
nere gauderet / Cibus itaque spiritualis
suavissimus pastus saciatis / et dulce
assiduum notat etiam inclamans in
prosperis et vivaciter refulgens sicut e contra
plenis / et stomie scare faciens / in
adversis est deus presens contra scitu
Johannes Climacus dicit / Sicut panis
materialis est quottidie necessarius ad
nutrimentum corpori ut vivat / sic
memoria dei ~~corpori ut vivat~~ per-
severare est necessaria ad vitam anime
Et sicut corpus pane sic anima divino
amore pascitur / Magnus etiam
ille sanctus ~~eugenius~~ Anthonius
in spiritu et proficuus est / quod per memoriam
dei presentie omne vicium omnibus diaboli
temptationem vincere / et omnibus virtutum
perfectionem acquirere / Dicit enim unum
et singularis ratio vincendi inimi-
cum est leticia spiritualis / que acqui-
ritur continua memoria de deo / Hic
credas indubie / quod omnes doctores
hic opere practicaverunt / et hoc fundamentum
studium in plenitudine et aliorum
sanctorum fuit principale
Aarum enim dico te et tui deus non
recordatur / fonte leticie quia eciam quomodo
possibile est / quod de te leticie numquam
nec ullo modo / Idem et propheta affir-
mat dicens / providebam dominum in
conspectu meo semper / quoniam a dextris est
mihi ne commovear / propter hoc letatum
est cor meum / Idem ideo si ambu-
lavero in medio umbre mortis

non timebo mala quoniam tu mecum
es / Idem / Si ascendero in celum tu
illic es / si descendero ad infernum
ades / Si sumpsero pennas meas
diluculo / et habitavero in extremis
maris / Et enim illuc manus tua de-
ducet me / et tenebit me dextera
tua etc / Ad idem beatus Gregorius
super Ezechielem homelia 12 dicit
deus ubique est / et ubique totus
est / superior omnia regendo / inferior
omnia portando / interior omnia imple-
do / exterior omnia circumdando / sic
superior ut omnia portet / sic inferior
ut omnia regat / sic intus ut omnia
circumdet / sic extra ut omnia penetret
extra omnia non clausus / intra omnia
non inclusus
Augustinus / Deus meus tu ubique presens es
et numquam recedis / et tu tecum differ-
aliter ad te redimus / Ambrosius
Deus ubique presens est / sed bonis et
diligentibus adest / malis et negli-
gentibus abest / Versus / Ergo sem-
per tue cogitationi presentia dei occurrat
Tribus denique ex his delectat me
videre / ut curiosa mea ratio am-
plius quiescat / quod tu deus meus
ubique semper presens es / Primo cum plus
quam est corpus parvum sicut sol in toto
celo / Et tu enim deus tanto eius infi-
niti potentiorem et virtute / quia appa-
rens in oriente / in uno momento
effundit lumen usque in occidente
et suo lumine implet / et perlustrat
totum universum ita quod si sol viveret
et intelligeret dicere posset / Ergo
video omnia que sunt / et que fiunt
in mundo / Secundo ergo magis vi-
deo omnia quod omnia tu videas pre-
sens / et omnium creator / Et non solum

ut sol exterius / sed etiam intima cordis nostri / teste propheta scrutans corda et renes deus / Et sapiens dicit Omnia nuda et aperta sunt oculis eius / et in omni loco contemplantur bonos et malos

/ Secundum exemplum est de anima rationali secundum declarationem omnium philosophorum / et theologorum / cum sit indivisibilis est tota in toto corpore / et tota in qualibet eius parte / Et ita unica in corpore / licet quodcumque membrum vegetat / et quod sentit et movet totum corpus / et qualibet eius partem / Ergo quid miror si tu deus anime creator ita et multo perfectius / sis prius totus in toto universo / et in qualibet eius parte / movens disponens et ordinans omnia / secundum tuam potentiam / sapientiam / et bonitatem perfectissime perfecte /

Ex hiis itaque deus meus video / quod nihil est tecum / nihil propinquius / nihil intimius nihil notabilius / nihil delectabilius / nihil utilius / nihil sufficientius in ad omnia bona quibus indigeo et que desidero

Tu enim deus es anima mundi / Et vere anima anime mee / sapientia intelligencie voluntatis mee / bonitas bonitatis mee / que omnia bona mea / et omnis creature deprecor te

Tercium exemplum est de sanctis qui vixerunt in diversis mundi climatum partibus / ut sanctus petrus in Roma / sanctus dominicus in Bononia / sanctus Jacobus in Galicia / Reges de quibus legitur / quod diversa fecerunt miracula que omnia in tam diversis partibus locis / et quibus per deum peticia / et precibus potenter etiam facta sunt / Nullus enim sanctus gra- virtute sua fecit miracula / nisi solus deus / quem exigebant quique pro sanitate infirmorum et fidelibus ubi oblatorum / et rogati compassione moti / in ipso loco in quo eodem ubi prenenti erat / et cuique obtulerat / et non alibi auctoritas aut deum quereretis / sed ibidem et eciam temporibus ad orationem / se dederunt / et te deum ibi eis presentem oraverunt / ut ad ostensionem veritatis sancte sue fidei per te invisibilem talia vel talia inpossibilia sanarentur / non meritis / de certa forma aut coporacione verborum in sua oracione / sed secundum quod movebantur affectu pio / confugerunt in talibus necessitatibus ad te deum

Habeo itaque mi deus similiter de te fideliter intelligere / me esse in te sicut piscatum in mari magno / qui in ipso vivit et movetur / et mare in pisce est / cum quantum eius capax est / et includitur mare est extra piscem in supra et infra / ante / et retro / et ex omni latere per modum infinitatis / et non commensurabilis ipsi pisci / Et licet ipse piscis diffusio maris vivat / et in mari vivat / non tamen ab eo cognoscit / sicut ego te tibi / et mihi anime laboriose / credit / que quamvis in te et per te deus meus vivat / tamen tibi non vivas / eo quod sensibus carnis et pluralitatibus bus mundi a me ipsa et per que a te alienata non sentit / et vix credit te tibi esse presentem / et si credit fide non adheret amore / Et ita credibilis non est credulitas in te deo meo sicut ut / sicut quod de te delectatur non invenit / reputat quia per oraciones suis de te deo cogitatur / Consequitur quod quia anima mea per amorem creata / nunc delectatione amoris facit et vivere non potest in quiete / de deo cogitacionibus sua delectationem querit quasi a creaturis / sed a te deo quaerit

se ad creaturam Infelix ad inschcio
rem quia omnis delectatio in creatura
in infinitum plenius et perfectius habe
tur in creatore et felicius unde ita

vti quia potius per contrarium hec est inne
gabilis ut patet ex superdictis ve
ritas quia tunc ego et omnes tempus
perdimus cum de te deo nobis inti
me presentissimo non cogitamus Vnde
nobis affirmante beato Bernardo melli
fluo omnium doctore dicente sicut nullum
momentum est quo deus non utimur
bonis tuis et media misericordie sicut
gratitudinis debitum repensandum
sic amoris nullum momentum debet
esse quo te nobis presentem non habea
mus in memoria Itaque patet quod
primam dignitatem dei memoria mea
quasi ad deum conformet a deo patre
potentia

Sapiencia

Sapiencia

Et conuertendo ad sanctum augustinum
tue celle deus in oratione et puto
tua sapiencia Et video quod tu es sol
et fons eterne sapientie quam ab
demonstras in tua ceterna produ
cendo coequalem filium equalem tibi
in infinitate sapientie lumen de lu
mine deum verum de deo vero et
ab utroque procedere spiritum sanctum per omnia
coequalem patri et filio in sapiencia sic in
potencia et similiter in bonitate et per
fectione et ceteris dignitatibus ita
ut dicam quia unaqueque est tota
et unus et summus deus Ab extra
vero infinitam demonstras in opere
creatorum tuam sapienciam et bonitatem
super omnes creaturas tuas effundendo
in eo quia eas tam mirifice per species
in innumeras per speciales pulcritudi
nes per pulcherrimas virtutes
earum innumeras in vniuerso singulas dis
tinxisti per me ita quod non est tam
exilis herbula que habeat centum

virtutes perfecte vel in eorum proprietate
te in hiis omnibus mirabiliter admi
raremur et tuam sapienciam laudarem
Sed ego heu ex ratione tanta sum cecita
tis ignorantia defecida quia ex ea
